106.b.1.1

Mœstissimæ ac Lætissimæ

ACADEMIÆ CANTABRIGIENSIS

CARMINA

FUNEBRIA & TRIUMPHALIA.

ILLIS

Serenissimam ac Desideratissimam

REGINAM ANNAM

REPENTINA MORTE ABREPTAM

DEFLET.

HIS

Augustissimo Potentissimoque

REGI GEORGIO

BRITANNICUM SOLIUM

OPTIMIS AUSPICIIS

ASCENDENTI

GRATULATUR.

CANTABRIGIÆ:

MDCCXIV.

IN

OBITUM ILLUSTRISSIMÆ

REGINÆ ANNÆ.

CIVIBUS, ANNA, Tuis nuper juſtiſſima cura,
Nunc deſiderium Civibus, ANNA, Tuis,
Crimine quo meritam Te funere merſit acerbo,
Adjecitque Tuo tam cito Parca Viro?
Si ſacra aſſiduis cumulaſſe altaria donis,
Et ſuperûm myſtis conſuluiſſe pium eſt;
Non ſancta ara pares aræve miniſter honores
Cui regnatori debeat, ante fuit.
Si caſtæ devota placent penetralia mentis,
Et ſcelerum puras tollere ad aſtra manus;
Relligio ſi non ſterilis cariſſima cælo,
Et juviſſe homines eſt coluiſſe Deos;

Non minus humanis viguêre obnoxia culpis,
Communive magis dedita corda Bono.
Optima quum manibus fera mors præcerpat iniquis,
Quum numerum abſolvant deteriora ſuum;
Sunt ſuperi? An non ſunt ſuperis mortalia curæ,
Sorſque vaga incertis cuncta gubernat equis?
An Nemeſi hæc placuêre? Annaque ſuperſtite tantas
Poſt laudes felix Res nimis Angla foret?
An variis ægram curis, ſtudiiſque ſuorum
Diverſis laſſam ſuſtulit aura favens,
Suſtulit aura favens Stellantis ad ætheris oras
Quà ſecura metûs regnat amica Quies,
Regnat Amor placidus procul Ambitione remotâ,
Et procul Invidiâ, Suſpicione procul?
Quæcunque abripuit Te cauſa, piiſſima Princeps,
Sive infenſa Tuis, ſive benigna Tibi;
Perge favere opibus Britonum, Reginaque mitis
Queis præeras populis, nunc Dea mitis ades.

In

In Obitum Celsissimae Principis SOPHIÆ.

TE quoque non noſtris fas præteriiſſe Camænis
Indictam, SOPHIA, infletam. Te ſemper amabat
Patronam pia Muſa, & amâſti Tu quoque Muſam;
Romuleis Scriptis, Scriptis excerpere Graiis
Docta, Boni quæ Communis transferret ad uſus
Cognitio rebus non infæcunda gerendis.

Te magnæ Hæredem Leges Conſultaque Patrum
Conſtituêre ANNÆ. Media obſtant fata, priuſque
Te Superi ætheriæ Serto ornavere Coronæ,
Et ſceptri non occiduo cæleſtis honore.

Quod ſupereſt, gaudens ex alto cernis Olympo
Gaudenti Britonum Imperio ſuccedere Natum
Incolumem, Natum, cujus pollentia corda
Conſilio, dextramque potentem rebus agendis
Noſtræ fauſta diu ſi Sors indulſerit oræ,
Nec tacitas fraudes & cæca timebimus arma;
Nec te ſanguineo cinctam, Bellona, flagello.
Celta, iterum moveas, iterum, *Boiaria*, Martem,
Semotoque ferox te *Sequana* jungat *Ibero*;
Freta armis, freta auſpiciis animiſque GEORGÎ
Gens Britonum, ſecura minas contemnet inanes,
Contundetque iterum repetitis cladibus Hoſtem,
Cladibus infidâ quas non fraus Pace retexet.

Ad REGEM.

BRUNSVICIÆ ſpes fida *Domûs*, ſpes fida Britannæ,
Magne Atavis, fortis Major honore manûs;
Accipe cum Sceptris quam texit Muſa Corollam,
Carmina, parva animi at pignora vera pii.
His raptæ fatum miſerabile flevimus ANNÆ,
Flevimus his SOPHIÆ ſtamina rupta Tuæ.
His Te gratamur, casûs utriuſque levamen,
Quo Britonum tellus Soſpite Soſpes erit.
Te duce nec *Francis* hoſtes metuemus ab oris,
Nec terra intentat quas *Lotharinga* minas.
Te duce nec valido venientes agmine *Turcas*,
Nec ſi quid ſceleris Turba *Latina* parat,
Turba *Latina* parat, conjuratique Britanni
Cum *Latio* in patrios bella movere focos,
Et Libertatem mutare tyrannide, falſis
Vera, diem tenebris, perfidiâque Fidem.
Quin ipſa, externo incumbunt quæ ſævius hoſte,
Civibus ipſa cadent, Te duce, bella domi.
Diſcordes ponent ſtudia infelicia partes,
Curaque privatas publica vincet opes.
Tu populo, populus Tibi conſulet. Una Tibi omnes
Cura, & eris, PRINCEPS, omnibus unus amor.

THO. GREENE, S. T. P.
Coll. Corp. Chriſt. Magiſt.
& Acad. Cantab. Procan.

In

In obitum ANNÆ *Reginæ.*

VICTRICES ANNÆ laurus, viridemque coronam
Sæpe tulit Cami Thameſiſque è margine Muſa;
Noſtra nec erubuit ramum felicis olivæ
Jungere; nunc mœſtas ferali fronde cupreſſus
Carpit, & extremo lachrymas in munere fundit.
Debuit hoc longùm caruiſſe Britannia luctu,
Nec priùs inſtruxiſſe ANNÆ miſerabile funus,
Quam bene deductos implêſſet Neſtoris annos.
Sic ſperare animus, ſic credula vota jubebant.
Sed tumulo concluſa jacet: virtuſque decorque,
Relliquiæ ingentes! & gloria ſumma STUARTUM.
Hoc erat, O Superi, quòd veſtræ ſemina flammæ
Largius accepit, quòd non ſine Numine pectus?
Hoc erat, inſuetâ volitans Victoria pennâ
Quòd dedit æquatos pugnis numerare triumphos,
Excepitque alius plenum cumulatior annum?
Hoc erat, alma ſuos quòd Pax properavit honores,
Et frugum fœcunda, & feſtis ſplendida ludis;
Scilicet ut ſpatium regni contractius omnes
Impleret famæ titulos, utque ANNA ſenectæ
Neſcia, cognatum matura ſubiret Olympum?
O! nimium virtute potens, Te tale merentem
Cælum habet, atque ultra noſtro nihil invidet orbi.
Plaudite cæleſtes animæ, nunc integra currant
Gaudia, nulla aderit vobis acceptior hoſpes.
Voſque O! ſurgentem, Britones, compeſcite fletum;
Ille venit qui veſtra pio reparare labore
Damna ſtudet: Sinite in penetralia pectoris ima
Deſcendat, largumque animis inſpiret amorem.
Inde dies iterum læto procedere cultu
Incipient, magnique ibunt longo ordine menſes.
Qualis in arboreo fœtu quum vertice truncus
Abrupto languet; plantam ſi forte feracem
Accipit inſertam, & grato fovet undique ſucco;
Creſcit honos, priſcæ revireſcit gloria ſylvæ,
Naſcuntur frondeſque novæ, & felicia poma.

Antonius de Grey, Comes de *Harrold*,
Illuſtriſſ. Ducis de *Kent* Filius natu
Maximus. Coll. Trin.

QUALIS cùm mediis liquidum per inane tenebris
Stella cadit, *Siculus* ſaxi de vertice Paſtor
Aſpicit à tergo longos albeſcere tractus,
Miraturque vago decorari lumine Cælum:
Talis Tu, Regina, cadis; Te longa cadentem
Palmarum decorat ſeries, quàm lucidus ordo!
Occumbenſque nites ipſis formoſa ruinis.
Quos non hoſtili madefecit ſanguine campos
Malburius quondam, ANNA, Tuus? Tibi gloria multo
Orbe triumphato parta eſt: *Ramellica Gallus*
Fulmina adhuc audit pallens; Tibi fronde perenni
Blenhimiæ creſcunt Lauri; Tibi *Rhenus*, & *Iſter*
Altè purpureo volvunt præconia fluctu.
Hoc decus, hoc belli, ſed quales Pacis honores!
Egregios verè memoret quis Pacis honores,
Quam ſtupuit præſens ætas, quam ſera ſtupebit?
Elyſii umbroſas valles, & amœna vireta,
Felix ANNA, colis; Conjux chariſſimus olim
It comes, agnoſcens veteris veſtigia flammæ,
Extenditque manus, vacuiſque amplexibus hæret.
Huc geminas, huc flecte acies; Te magna ſalutat
Umbra Tuâ de Stirpe: En! quàm regalis in ore
Splendet honos, greſſuque patet cognata SOPHIA.
Illam, cùm caderet, ripæ ingemuiſtis *Onacræ*,
Illam, *Lêina*, tuæ, *Hercyniiſque* è ſaltibus Echo;
Illam *Thameſiis* Nymphæ flevêre ſub antris.
Interea linquit currus, & projicit arma,
Adque ANNAM rapidè volat inclytus ipſe WILHELMUS,
Quærens multa, ſuis metuit dum multa *Britannis*.
Parce tamen, Rex Magne, inſano parce labori,
Sat Te noſtra ſalus, Te noſtra pericula vivum
Innumeris torsêre modis; nè cura quietos
Sollicitet Manes eadem, & poſt fata ſuperſit.
Æternâ jaceas & famâ & pace beatus,
Per Te jam nobis etiam licet eſſe beatis.
En! promiſſus adeſt Heros, quem ſæpe *Britannis*
Sperâſti dare jura, & tandem Tua ſceptra tenere
Mente pari, dextrâque, pares decerpere lauros
Quæ nunquam tremuit, nunquam inferiora ſecuta eſt.
Aggredere O! meritos, Princeps gratiſſime, honores!
Magnus Avis, propriâ virtutum luce Tuarum

Major adhuc fulges: lætentur ut omnia ſec'lis
Aſpice venturis! alii jam currere menſes
Incipiunt, alius rerum jam naſcitur ordo,
Angliacoque dies melior procedit *Olympo*.
Ingenti *Britonum* pectus ſuccenſus amore
Mortuus hæc olim ſervavit regna WILHELMUS;
Jam ſervata diu ſerves, Fortiſſime GEORGI,
Indulgenſque tuis, Tu nunc eris alter ab Illo.
Ingeminat lætos tibi tota *Britannia* plauſus,
Fauſta vovent Procerumque chorus, populique Senatus.
Granta ſuperba tuas certat jam dicere laudes,
Granta ſuperba nimis! cujus cognomine gaudet
Illuſtris Soboles, Te tanto digna Parente.
Macte novâ virtute! novum Tibi creſcere lumen
Si poterit; ſed non famam ſuperare priorem,
Tantùm æquare datur; ſemper repetita placebit
Gloria, ſis idem, tuaque immortalia facta
Sacræ immortali depingent carmine Muſæ.
Hæc tibi, *Pierii* quamvis non montis alumnus,
Quamvis *Caſtalias* rarus potator ad undas,
Lætitiâ exultans cecini; ne reſpue carmen
Grati animi pignus, Rex Dilectiſſime; poſthac
Prœlia ſi pulchrâ pro Libertate ciebis,
Quem tenera haud timuit calamo celebrare juventus,
Defendet gladio Regem maturior ætas.

Percy Seymour, Illuſtriſſimi
Ducis *Somerſetenſis* Filius natu
Minor. Coll. Trin.

DUM triſtes, Regina, modos, & funebre carmen
Granta parat cineri relligioſa tuo:
Publica dum luget privato damna dolore
Quiſquis habet faciles in ſua vota Deas:
Ipſe etiam querulos volui contexere verſus,
Et ferre in mœſtum munera parva rogum.
Nulla novo vires indulſit Muſa Poetæ,
Nulla, licet precibus ſollicitata meis.
Quid facerem? Exibant imo ſuſpiria corde,
Et ſparſit madidas plurima gutta genas.

Multa ANNÆ occurrit pietas & gloria menti,
Infixumque alto pectore nomen erat.
Quin age, ſume tibi, dixi, tua carmina, Muſa,
Inſtituet luctus præfica nulla meos.
Verior eſt animi vires qui prægravat angor,
Verior in tacito qui ſedet ore dolor.
Sufficit, ingenuo ſi pectore facta revolvens,
Quas nequii laudes dicere, flêſſe ferar.

Tuque O! Cui ſocias lachrymas junxere Britanni,
Cùm SOPHIAM ad manes mors inopina tulit,
His quoque da veniam: minùs haud potuere mereri
Quæve Parens Patriæ, aut quæ Tua Mater erat.
Utraque enim moriens licuit quæ maxima fecit,
Nempe Hæc Te Nobis, Nos dedit Illa Tibi.

Henricus de *Grey*, Illuſtriſſimi Ducis
de *Kent*, Filius natu Secundus.
Coll. Trin.

SI Pietatis opus, magnive Potentia Sceptri,
Virtuſve, inſtanti poſſet ſubducere Letho,
Et Pietas magnam & Virtus ſubduxerat ANNAM.
Aſt Illa Imperii curis confecta moleſtis,
Deſerta a charis Natis, a Conjuge dulci,
Ipſa ſuo ceſſit fato, ſedeſque Piorum
Inviſens, Vitamque ſimul, Regnumque reliquit.
At Tu, noſtro Hæres, Juvenis temerarie, Regno,
Clam Regno ſuppôſte Hæres; nè concipe vanas
Ultrà Spes Animo: nec jam pete Regna dolore
Perculſa, atque ANNÆ letho. Qui tela capeſſat
ANNÆ, Cæſar adeſt; En! præſens GEORGIUS Anglis,
GEORGIUS unanimes Britonas in Prœlia ducet,
Unanimes Odioque Tui, ac Ipſius Amore.
Ille tuos auſus, Ille Armis Arma repellet,
Enſe potens Causâque piâ. Cui Marlburus adſtat,
Qui Patriis Exul, ſed non inglorius, Arvis,

Reditus

DEFLET & GRATULATUR.

Redditus his iterum eſt terris Chariſſimus Hoſpes.
Agminibus notis Ductor, quæ fortia, multâ
Blenhemiæ docuere agros pingueſcere cæde,
Sanguineque infectos Iſtrum devolvere fluctus.
Ille ſub auſpiciis fauſtis, Ille enſe GEORGÎ
Inſtructus, ficto tumidum Te nomine Regis,
Ignotas latebras atque antra requirere coget.
At Britonum Cura omnis erit, labor omnis, ut Ipſum
Excipiant plauſu Regem, ſonituque Triumphi:
Regem, a Quo languens ſperare Britannia poſſit
Felices iterum luces, atque Aurea ſec'la:
Regem, Qui lachrymas poterit luctuſque levare,
Et jam non ultrà dubiam ſtabilire Coronam.

Henricus Finch, Comitis de *Nottingham* Filius
natu Quartus. A. M. Chriſti Coll. Soc.

TE quoque ſumma dies, & inexorabilis Orci
Abripuit vis, ANNA, tuis, merſítque ſepulchro?
Heu ſpes deceptas! quò thura incenſa tot aris,
Incaſſúmque preces effuſæ, atque irrita vota?
At Nos (ah falſi Vates!) viridémque ſenectam,
Canitiémque Tibi, & ſeros promiſimus annos.
Occidis, exacto mediæ vix tempore vitæ;
Æternúmque tuis luctum dilecta relinquis.
Hæc Ego, ſingultus imo de pectore ducens,
Gramineóque ſedens juncoſi in margine Cami,
Hæc ſolus verſabam animo, ſi fortè moleſtum
Fletibus indulgens poſſem lenire dolorem,
Crudeléſque Deos, crudeliáque aſtra vocabam.
Ecce repente leves pennis delapſa per auras
Conſtitit ante oculos humanâ major imago:
Muſa fuit (ſenſi venientis numina Muſæ)
Heroüm per quam laudes atque inclyta facta
Æternùm durant victuris condita chartis:
Nec mora, Calliope ſic eſt affata gementem.
Parce tuis ultrà Cælum laſſare querelis,

Invidiâque onerare Deos; non ANNA dolore
Digna tuo eſt, ſed laude magis, quæ plurima novit
Quamvis anguſto concludere limite ſec'la.
Illi, crede mihi, potuit quæ maxima fama
Eſſe, fuit. Divi humanos non pendimus annos,
Sed mores, facta & Pyliâ potiora ſenectâ.
Dudum facta ſenex his artibus ANNA, Stygíſque
Trajecit pigrum Venerabilis umbra fluentum:
Et nunc Elyſias ſedes, atque arva piorum
Fortunata tenet, comitem dum charus eunti
Addit ſe Conjux, & Filius æquat amorem.
Tu verò ad doctos defer mea juſſa ſodales:
Dic age, dic properent ſacratum carmen, & ANNÆ
Manibus auguſtis ſolenni more parentent:
Is tumulo debetur honos, ea dona Sepultæ.
At ſimul exequias Reginæ, & juſta peregit
Carmine Granta pio, Phœbi ne protinus omne
Deponat ſtudium, non hæc data meta labori eſt;
Majus reſtat opus, ſunt & meliora canenda:
Dîs Heros dilectus adeſt, Germania reddit
Tellus grata vices, protectáque protegit Anglos.
En Regem populi ſpem, deliciáſque Volentis!
Illum finitimæ gentes, clariique Tyranni
Certatim, cunctis poſcent in fœdera votis,
Servabúntque fidem, vel vindicis arma timebunt.
Hunc adeo, Natúmque ſimul, parvúmque Nepotem
Verſibus exornent (mea ſunt mandata) Poëtæ,
Jucundum Cami potant quicunque liquorem:
Ipſa adero præſens operi, auxiliiſque juvabo,
Aonio mecum deducens monte Sorores.
Dixit, & in tenues extemplò evanuit auras:
Lætus & ipſe domum redii mœrore ſoluto.

Edvardus Finch, Honoratiſſ. Comitis de *Nottingham* Filius natu minimus. Coll. Trin.

Ad

Ad REGEM.

Si non qui lapſam poſſet fulcire Coronam,
Qui leges, populumque ſuum, qui jura tuendo
Arceret falſoſque Deos & vinc'la minantem,
Vindice jam rerum Brittanni & Rege carerent;
Si Gens prima novi ſtatuens cunabula Regni
Quæreret imperio dignum; Tibi debita, Princeps,
Virtutique Tuæ gauderet tradere Sceptra.
Non Te tam generis Splendor, quàm plurima menti
Inſita vis, ad Regna vocat; non Stemmata tantum,
Quantum animi dotes, titulis & honoribus augent.
Indole ſublimis ſcandis faſtigia rerum,
Ingenioque potens regnas; Te regia Virtus
Evexit, Solioque locat, redimitque Coronâ.
Dumque alios decorant Faſces, Diademata, Sceptra,
Imperio tituliſque novis & laude nitentes;
Tu quibus es cinctus lauris nova lumina ſpargens
Ipſe decus lumenque tuis inſignis honores
Majores longe, quam quos acceperis, addis.

Joh. Hervey, Aul. Clar. A. M. Honoratiſſimi
Domini *Johannis Hervey* Baronis de
Ickworth Filius Natu Secundus.

Eheu! quàm celeri fugiunt Mortalia curſu?
Gaudia quàm tenui pendent noſtra omnia filo?
Quæ niveis plauſit nuper Victoria pennis,
Præpetibus pennis liquit Victoria terras.
Túque, O, quæ quondam variis ornata Triumphis,
Læta ſalutabas Pacem Paciſque Miniſtram,
Anglia, funde pias lachrymas, & ſquallida luctu,
Dejice triſte caput; nam, ſi te cura Tuorum
Commovet, æterni ſubit En! Tibi cauſa doloris.
Aſpice, Reginæ nigrâ fuligine tecta
Lumina jam torpent, olim quæ, Lampadis inſtar
Phœbeæ, tenebras omnes, noctémque fugabant.
Aſpice, jam cæleſte decus, divináque vultûs
Gratia in æternum periit; Quæque undique ſparſit
Anna ſuis vitam, duris Mors atra catenis
Vinctam habet; Heu! ſic Fata jubent, & neſcia flecti

Numina, ſic ſtatuit Rerum immutabilis Ordo.
O! quoties viridi Lauro redimita per Urbem
Inceſſit, pŏpuli fremitúque excepta ſecundo
Ibat ovans, veræque effulſit imagine Divæ!
Qualis ubi Diana choros per florida prata
Eurotæ exercet, Nymphæ comitantur euntem
Sylveſtres, formoſa cohors; Illa ardua Nymphas
Inceſſu ſuperat ſublimi, & cincta pharetrâ,
Emicat Illa decus choreæ, comitúmque ſuarum.
Borbonii O! quoties faſtus Victricibus armis
Compreſſit tumidos? Quid bello vivida virtus
Reginæ, quoties ſenſit quid Fæmina poſſit?
At quamvis bello Pallas metuenda fuiſſet
Noſtra, tamen manibus ramum prætendit Olivæ
Paciferæ, Gentéſque æterna in fœdera miſit.
Illa dedit terris felicibus otia, Muſis
Gratum opus, atque novas Muſis in Carmina vires.
Illa — Sed Illa perît crudelibus obruta fatis.
Hinc dolor, hinc mixtæ Procerum vulgique querelæ,
Hinc eſt quod metuat ſibi jure Britannica tellus
Præſidio privata ſuo; ſic Puppis in Undis
Oceani tumidis, veteri moriente Magiſtro,
Ignotos ſcopulos timet, & latitantia Saxa.
Surgite quin, Britones, procul hinc tu, mœſta Thalia;
Hinc fuge, Quid nimium juvat indulgere dolori?
Læta vocat nos Pompa; venit jam Phœbus ab ortu
HAN'VERIUS, Britonáſque fovebit luce benignâ:
Pax ornat lævam, cingit Victoria dextram.
Quid jam non ſperare licet? Preſſa Anglia ſurget
Altior, Hanc ſtabilis ſemper Fortuna beabit.
Luctantes animos, tempeſtateſque Furoris
Imperio premet Ille, & amica in fœdera junget;
Inde recens facies rerum, & nova gaudia ſurgent.
Sic Mare cum rapidas tumidum vexare Procellas,
Et ruere immani collectas turbine Nubes
In freta Neptunus ſentit, Caput erigit Undâ,
Et mulcet Ventorum iras, pelagíque fragorem;
Tum placidis errat commotum fluctibus æquor,
Dumque errat, lætis dat mollia murmura Nautis.

Johannes Trevor, C. C. C. Honoratiſſimi
Domini *Thomæ* Baronis de *Bromham*
Filius Natu Secundus.

FRU-

DEFLET & GRATULATUR.

ERGONE per varios volvenda eſt Anglia caſus,
Inſtabiles experta vices, nunc læta ſecundis
Rebus, & adverſis iterum jactata procellis?
Ergone quæ toties celebravit læta Triumphos,
Impediitque ANNÆ victrici Tempora lauru,
Induit atratos lugubris Muſa Cothurnos?

Vix ANNA attritum bello pacaverat Orbem,
Europæ & requiem dederat, vix Anglia plauſus
Solverat & meritas grates, cum ſævior omni
Bello & ſanguineis Parca inclementior armis,
Inſolito brevia heu! perturbans gaudia luctu
Pacificam rapuit Divam; Paciſque Triumphos
Abrumpens medios, ſubiti violentia fati
Perculit ingenti ſtupefactos clade Britannos.

O Tua ſi, Princeps, Pietas, ſi plurima Virtus,
Æmula ſi quicquam valuiſſent vota Tuorum,
Effuſæque preces, haud nunc gemebunda peremptam,
Anglia, plorares ANNAM, nec funere tanto
Obruta ſqualleres; ſed Quæ ſuperavit ELIZAM
Virtute & geſtis, Eadem & ſuperaverat annis.
Verùm Eheu! nullo lachrymarum pondere Fata
Exoranda vetant; inopino funere rapta
ANNA cadit, mors atque ſuis una intulit Anglis
Immanem jacturam & vix reparabile vulnus.

Quid tamen incaſsùm querimur? Quid inania ſurdos
Vota implent Cælos? O Divæ ignoſcite manes
Auguſti, Tua ſi nimiis Brittannia parcat
Fletibus, & ſi quæ Tibi lugens Muſa parentat,
Adventum GEORGÎ felicem haud mœſta ſalutet.

Salve igitur Princeps, Sceptroque potire Britanno
Et Solio, Tua quò virtus Te Auguſta vocavit;
Accipe Regales Tibi quos decrevit honores,
Et quos læta Tibi tua detulit Anglia Faſces.
Salveat & Proles non defectura, perennet
BRUNSVICENSIS honos: ſic rideat Anglia fictì
Hæredis Titulos, imperturbata, Tuaſque
Eludat, ſi quas, Lodoix, meditaberis artes.

Car. Maynard, A. M. Coll. Chriſti
Honoratiſſ. Dom. *Banaſteri*
Baronis de *Eſtaines*, Filius
Natu Quintus.

FRUSTRA reluctans Te Lodoix colit,
Invicta Bello Diva Britannia,
Et cæde gaudentes Iberi
Compositis venerantur armis;
Mortis cruentæ dura Necessitas
Injurioso si pede proruat
Stantes Columnas, & superbos
Funeribus maculet Triumphos;
Si tristis almum Præsidium & Decus
Plores ademptum, Gaudiaque heu! nimis
Caduca, feralesque fundas
Ipsa tibi lachrymas Superstes.
Qualis, minaci sævit ubi Impetu
Ventus, furenti Navis in Adria
Jactatur excusso Magistro,
Ludibrium Maris atque Cæli.
Talis procellas heu! nimis aspero
Vexata Ponto Terra Britannica
Luget ruentes, sic timentem,
Vis agit imperiosa Venti.
Tu Magne Princeps, Imperii tenens
Clavum cadentis, tutaque littora
Ostende, feliceſque Portus,
Et liquidos moderare Cursus.
Tuo renascens Alite Gaudiis
Britanna mutat Gens lacrhymas novis,
Frontique promittit sacratæ
Perpetuas Oleæ Coronas;
Vel si jacentes suscitet impetus
Mars, Te, labores sperat in arduos
Ducente Victrices Catervas,
Blenhemios iterum Triumphos.

Gul. Spring, Baronettus.
Aul. Pemb.

ANNA

DEFLET & GRATULATUR.

ANNA——Sed Averſam revoco— meliore receſſit,
Sede frui, Pia, Juſta, Bona, & ſecura quietis.
At, Tu, Præcurſor CAROLI, Quem Provida naſci
Cura Dei dederat, Reduci quaſi Cælitùs Hæres,
GEORGIUS, Anglorum Genius, Princepſque futurus;
Sume Tuum, quod Fata dabant, quod Stemmata poſcunt.
Orte ELIZA Anglâ, Fidei Aſſertore Bohemo.
Unanimi jam Voce regis, Diſcrimina latè
Flacceſcunt, unitque Animos hæc Unio, Regem;
Cui ſincera Fides, Cui nota & fixa Propago,
Agnoſcens & Falſam, Abjuratamque repellens.
Longè abeant Trita, Irritantia Nomina, Quæ ſe,
Mutuò & impugnant, ſurguntque caduntque viciſſim.
Si Parti ſervire datum eſt aut Tempore abuti.
Exulet iſta lues— Si Nomina forte redirent
Queîs Germani Olim ſeſe inſignire ſolebant,
Uſque uti liceat—— Proſit dignoſcere, Qui ſunt
Fidi *Cæſareis*, aut, Qui *Papalibus* adſtant.

Nath. Lloyd, Miles
Aul. Trin. Cuſtos.

AGGREDERE auguſtos, venit jàm tempus, honores,
GÔRGÎ, clara Ducum, clara propago Deûm,
Aggredere, & cælo nubes depelle Britanno,
Quas SOPHIÆ mors, quas intulit ANNA cadens.
Luget utramque ſibi, pariter Reſpublica, raptam
Relligio pariter, luget utramque ſibi;
At quod Relligio & Reſpublica gaudet, in uno
Utraque Te, Princeps Magne, ſuperſtes adeſt.
Belligeras ANNÆ laudes Rheni adſtruet unda,
Adſtruet incolumis Vindoniana Tibi.
Palladias SOPHIÆ laudes, doteſque togatas
Adſtruet HANNOVERÆ Res Tibi læta Tuæ;
Expertus pariter Te laudet, utrinque Britannus,
Belligerumque foris, Pacificumque domi.

Hen. James, Sac. Theol.
Profeſſ. Regius & Coll.
Regin. Præſidens.

Auguſtiſſimo GEORGIO *Imperium Britannicum ſortito.*

TE dignis, meritis data tantis Regna capeſce,
Et nimium varios agitata mente Britannos:
Quos tamen unanimes diſcors concordia jungit.
Diſſona gens Sacris, Tibi mittit conſona vota:
Hoc ſanæ Fidei, hoc ſancti tenet incola quiſque
Componens numerum cinctorum Rupibus Albis.
Subditus, obſequio eſt Princeps, ſua ſtemmata monſtrant
Jam Britones, Patris patriæ Germana propago.

N. Vincent, S. T. P. Aul. Clar.

EST Deus humanas qui Res & Tempora verſat.
Nunc animi variant, nunc voto vivitur uno;
Inque vices lachrymæ, lachrymis nunc Gaudia, cedunt.
Exhauſtis bello populis Europa fatiſcens
Ardet adhuc primis Animis odiiſque retentis.
Pacifici Regis JACOBI Diva Propago
Hæc videt, haud ſiccis oculis, nec pectore ovanti,
Arma licet ſemper ſequitur Victoria læta.
Unde ſuos primò Gentem conflavit in unam,
Commiſcens pariter tam Re quam Voce Britannos.
Pectore Chriſticolas mox æquo reſpicit omnes;
Undique ſollicitans Reges, Numenque fatigans
Votis, ut poſſit Solidam componere Pacem.
Annuit Omnipotens; miteſcunt corda Potentum.
Teutonus altus, Belga vigil, vegrandis Iberus,
Criſtatus Gallus, Portu Calenſeque notus,
Conſiliis monitiſque Tuis, O Diva, ſerenis
Advertunt animos faciles; velut arida denſos
Terra in ſe patulis rimis ingurgitat imbres.
Tympana mox Lituique ſilent, ac Fulmina ceſſant;
Pax, & amæna quies, commercia tuta ſequuntur.
Me mea Muſa vetat Tragico nunc dicere verſu
Terrarum Dominos, dubio quos marte Triumphos
Et titulos ambire juvat, nec mentibus unum
Sufficit Imperium; quibus eſt luſuſque jocuſque
Exæquare ſolo venerandas ignibus urbes,
Templa, Sepulchra, Domos, Turres, *Miracula Mundi*;

Ful-

Fulmineôque homines nitroſi pulveris ictu
Triſtia vel laceros explodi ad Nubila, vivos
Vel ruptâ terræ compage in Tartara trudi.
Hanc vult laudari ſine cæde & ſanguine famam
Quæ redimit, *Mundo Pacem, Populoque Salutem.*
Nunc Toga, nunc Muſæ radiant; nunc diſcimus Artes;
Per mare per terras ſalvus nunc itque reditque
Cui mores hominum vel opes cognoſcere mens eſt.
Juſtitiam colimus; nobis nunc ſec'la recurrunt
Aurea, deſertas terras Aſtræa reviſit.
O fortunatos nimium, ſi tanta Britannis
Munera ſtare diu Rector conceſſerat Orbis!
At Deus, ingratis qui pœnas jure rependit,
Hoc damnum mediis donis immiſcuit ingens.
Pace foràs factâ perimit Diſcordia Cives,
Diſtrahit Ambitio, excæcatque Superbia mentes;
Urget inexpletus Proceres amor imperitandi;
Ducitur in Partes malè ſanas mobile Vulgus,
Conſiliumque ſuum vel vilis Cerdo miniſtrat.
Motibus his vexata diu Regina dolorem
Concipit ingentem; quem quo plùs pectore in imo
Condere tentat, eo teneros magis exedit artus.
Mens *Eadem ſemper*; ſed ei nec cornea fibra eſt,
Vincula nec partes religant adamantina; tandem
Langueſcit, tot preſſa malis, tot ſaucia curis,
Et Superis Animam penitus labefacta reſignat.
O patrium! O commune piis! O flebile Vulnus
Omnibus, æquus amor quorum Præcordia tangit!
Heu Mortis Mundo gravis atque infeſta Tyrannis!
Heu quam funeſtam Legem, Natura, dediſti!
An Pietas, an ſana Fides, an maſcula Virtus,
Vox & Imago Dei, cælo delapſa Poteſtas,
Non valeant avidi decreta reſolvere Fati?
Siſtite quin lachrymas, Comites, & ponite queſtus.
Pendite rem mecum; nam non Caro, Sanguis, & Oſſa
Conſtituunt hominem; ſed Mens divina, Deique
Noſtram Vis agitans molem, vitamque miniſtrans.
Iſta lutum ſapiunt, fœdis ac vermibus eſca eſt;
Hæc manet æternos peragens ſine limite curſus,
Neſcia corrumpi ſuperas ſeu ſcandit in Arces,
Seu petit ima ſuos veteres ut curet Amicos
Hic volitans; aliud Samio ſeu Dogmate corpus

Ingrediens priſcas & avitas explicat artes.
Dicimus hinc rectè, *Nunquam Rex occidit Anglis*;
Non tantum abſque mora Titulis ſacris quòd eiſdem,
Sanguine, Jure, modo fultus non deficit Hæres;
Sed quod *Mens eadem*, Mores, ac vita Parentum
Æmula, mox rapiunt *Veros* ad Sceptra *Nepotes*.
Vivit adhuc in Te celebris Regina, GEORGI,
Ipſa Fides, ipſa & Pietas, & maſcula Virtus;
Cætera Mortis erant. Monitis ac Motibus aſtant
Felices Animæ Patrum, ſuadentque ſequaci
Recta; viam monſtrat Majorum Spiritus Idem,
Seu novus Aſſeſſor, membrorum ſeu vetus Hoſpes.
Poſſis unitos Sacris ſolidare Britannos;
Atque datam Mundo, Firmatam reddere Pacem;
Et levitate domi tumidos componere fluctus.
Ut velut ales Arabs repetitis ignibus uſtus
Naturâ ſemper ſimili renovatur & Unâ;
Pacifici Regis longo de ſtemmate ſurgat
Ingenii, morum, patriis ſic dotibus, Idem.

Joannes Covel, Coll. Chriſti Cuſtos.

Ad Eccleſiam Anglicanam.

PONE metus, Veneranda Parens, compeſce dolores,
Nec toties reſonet vox tua triſtis, *abit*;
Fas ſit abire Tuæ, dum Cælum poſtulat, ANNÆ,
Fas ſit abire, Domum dum petit ANNA ſuam;
Hoc pietatis opus, cùm bino nomine vincta,
Chara Tibi Mater, Filia chara fuit:
Quòd priùs in terris victricia ſuſtulit arma,
Gloria Militiæ ſumma Triumphus erit;
Quòdque Eadem vivens, ſemper pia, juſta, benigna,
Hæc *Eadem ſemper*, nunc quoque læta manet;
Hæc Te non miſeram felix ſinit eſſe, beatam
GEORGIUS adventu Te jubet eſſe ſuo:
Ille Pater, Tibi certa ſalus, columenque futurus;
Dum tenet, & decorat Sceptra Britanna manu.
Sic Tenebroſa Tibi nunquam ſors; Cynthia quamvis
Mollia jam claudat lumina, Phœbus adeſt.

V. Stubbe, S. T. P. Coll. Trin.

AN-

ANGLICÆ Genti præſidet *Divus*
(ut aiunt) GEORGIUS;
Carolum Exulem *Anglis* ſuis
reſtituit GEORGIUS;
Sereniſſimam ANNAM conjugio ſuaviſſimo
beavit GEORGIUS;
ANNÆ defunctæ (quod Fata volunt)
ſuccedit GEORGIUS.
Sic *Anglis* charum meritóque gratum eſt
Nomen [GEORGIUS.]
Quîs charior *Ipſe* gratiórque indies
Rex eſto GEORGIUS,
*Angliæ*que ſuæ *Patronus* ſit alter
Tutelaris GEORGIUS.

Idem fere Græcè.

ΑΓΓΛΙΑΚΗΣ Γαίης φρουρεύει ὁ Θεῖος
(ὡς φασὶ) ΓΕΩΡΓΙΟΣ·
Κάρολον ἐκβαλλόμενον Ἀγλίοις ἑοῖς
ἀνέστεψε ΓΕΩΡΓΙΟΣ·
ἌΝΝΗΝ συζυγίᾳ ἡδίστῃ Γαμικῇ
εὐφράγχε ΓΕΩΡΓΙΟΣ·
ἌΝΝΗΝ ἀπελθοῦσαν (ὡς ἔθελε Μοῖρα)
ἐκδέχε) ἐν Βασιλείᾳ ΓΕΩΡΓΙΟΣ.
Οὕτως Ἀγλοις τίμιον φίλον τε ἀξίως ἐστὶ
τὸ Ὄνομα [ΓΕΩΡΓΙΟΣ.]
Οἷς τιμιώτερος ἢ φίλτερος αἰεὶ Αὐτὸς
Ἄναξ ἔσω ὁ ΓΕΩΡΓΙΟΣ,
ΓΕΩΡΓΙΩΝ πάντων Ἄριστος,
Καὶ Ἀγλίδος ἧς Περσάπης ἕτερος γενέσθω
Ἐπιτροπικὸς ΓΕΩΡΓΙΟΣ.

Johan. Edwards, S.T.P. Coll. Divi
Johan. quondam Socius.

הצבי בדחונים חלל
רוברת היא ואובדתם

גזה בבמות מנורה
רוברת היא ותושעו

אור ישראל נכבה גחל
בפיה מות וחיכם

המלכים בקבורה
כי בידה מאזניכם הודו

בכו נא בנות סרנים
אי זה מזה ראוי לשאת

נפל כבוד כל הבנות
מחסור לנו ומלכתה

בכו נא כל הגבורים
וחפצה למלוך לחת

נפל הוד כל גבורות
הוא ראוי חד הוא לרשתה

גבירה כמו דבורה
ועתה גילו אנגלוסים

מהירה כן להלחם
סקוטים גלים כל מוחזים

בני עדלה וכשלמה
להלל שם גאורגיוסכם

חפצת מלאכות שלם

הוי הוי זרים בכו חנה
לא פטריקוס לא סן יגוס

אשר מושיעה כלכם
לא טויוס לא אנדראוס

פן תאכלכם פי להבה
גאורגיוסכם הוא מלככם

בכו נא בעלת רחם

ERGO tot ô dives Regum Libitina Sepulchris
In Dominâ junctos tot ſimul una rapis!
Et Populi Buſto, Regnique cadavere toto
Paſceris, exequiis ambitioſa meis!
Heu! miſeranda jacet mediis Regina triumphis,
Et plenum florem Parca Superba metit.
Tot demiſſa Atavis, & tanti Sanguinis Hæres
Tot tantoſque novo funere mergit Avos.
Nullane debetur Capiti reverentia Amato?
Nec Sua, nec Populi Hanc eripiet Pietas?
Urnæ indignamur tantum licuiſſe rapaci,
Et precibus noſtris tàm licuiſſe parum.
Quis vitæ fidat, tangunt ſi funera Lauros?
Pro Lauro victrix Sceptra Cupreſſus habet.
Quòd ſi ſupremo cedunt quoque Regia fato,
Nè properes Magnis injicere Urna manus.
Impleat Annales, aderit matura laborum, &
Plena triumphorum victima opima magìs.
Quid primum Autumnum, fruges quid carpis acerbas,
Cruda immaturo dona ferens tumulo?

Quid

Quid Famam, & Faſtos fraudas venientibus annis,
Et curſu in medio tot benefacta rapis?
Si brevibus ſpatiis longæva exempla Priorum
Præteriit, quid non ſerior hora dabit?
Si duce *Marlburgo* Victrix Pacaverat Orbem,
Gloria major adhùc, charior & Populis
Reſtabat Labor, ac plures ex Pace triumphi
Oppreſſis Bellorum undique Seminibus.
Urna, Senes tuleris potiùs, quos deſerit ætas
Jam ſua, qui famæ terga dedêre ſuæ.
Qui fœdis ſenuêre Superſtitionis in Armis,
Turpi & Pontificum ſub Cruce Militiâ.
Degeneri bello nimiùm patienter inuſti,
Friget ubi ambitio, Relligione furunt.
Non audis; Surda Heu! fruſtrà vox marmora pulſat;
O Sors, ô Lachrymis Parca ſuperba meis!
Quis Lachrymis modus? Heu! deſertæ plangite Terræ;
Paſcet crudeles Heu! Pia, Sancta rogos.
Albion ad tumulum manibus fer lilia plenis;
Et manibus ſciſſas fer violenta comas.
Fatorum Princeps jacet Arbitra Sacra Tuorum;
Tantum ex aureolo Crine pependit onus.
Quis deſideriis fletuque requirere ceſſet
Dulcem Animam Noſtræ pignus amicitiæ?
Vindice Quâ ſteterant Leges, & Fœdera Regum;
Integra Bellorum, Pacis & arbitria.
Spes licet at tantas, ſurgentis & omina famæ,
Doteſque Ingenii flebile marmor habet;
Non tamen eripiet mores, quos condidit, æquos;
Non exempla animi tot ſpecioſa pii:
Non Genium claris fortunantem artibus ævum,
Qui rebus lætas uſque miniſtrat opes.
Irrita reddiderit nunquam, quibus aucta ſuperbit
Atque memor fruitur Patria, mille bona.
Luderet in Thalamis ſaltem Puer alter ab Ipsâ!
Debuerat votis hoc licuiſſe meis.
Oſtendêre Illum ſed tantùm fata videndum,
Triſtior ut viſo ſit caruiſſe dolor.
Cum, Thameſis, tumulum præterlabêre recentem,
Et vulnus Patriis triſte lavabis aquis;
Phœnicis cunas extinguere parce futuri,
Nec tua vitales abluat unda rogos.

Fœcundi cineres, & Regia ſemina Buſto
Concipient flammas mox rediviva novas.
Fallor? an emicuit ſacris novus Ignibus Ales?
Agnoſco pennas vertice purpureas.

Heroum demiſſe Heros ab ſanguine, longo
Ordine, Plantagenûm hinc, inde STUARTIADÛM.
HENRICUM Pater, at Mater Tibi Diva JACOBUM
Commiſit, Briticos tangis utrinque Thronos.
Dulces Relliquiæ antiquæ pietatis, & Hæres:
Sacra Palatini Spes, & Alumne, Laris.
Sceptra manum affectant generoſam, & conſcius ambit
Te Thronus, auſpiciis, Dux Bone, macte Tuis.
Te ſimilem agnoſcit virtutum haud immemor ANNÆ,
Jamque venit facilis ſponte Corona Tibi.
Aurea non ferro cedit nec viribus ullis,
Sed ſequitur veras ambitioſa manus.
Te quià Relligio Regum penetralibus ortum
Vera fovens dulci nutriit alma ſinu.
Sponte venit, quòd fata vocant, quòd voce ſupremâ
Hanc ultrò moriens tradidit ANNA Tibi.
ANNA dedit generi, Numen virtutibus îſdem;
Affirmant Titulos ANNA Deuſque Tuos.
Ingredere, ô Princeps, votiſque aſſueſce Tuorum;
Te Patres, Te Plebs æmula ſollicitat.
Aſpice, venturo Tibi Pax præluſit amica;
Sternuntur placidæ ſic maria Halcyoni.
Quod niſi me præſagus amor, fallitque quod opto,
Jam Tua regna horret ſæva ſuperſtitio.
Ne prædam eripias manibus, ſponſamque fidelem
Heu! laceram curvis unguibus excutias.
Neu poſthâc fratres ſucceſſu Roma ſuperbo
Gaudeat heu! Propriis carpere vulneribus,
Diſcordeſque agitare iras, quibus ignis amoris
Dividitur ſanctus, lividulúmque rubet.
Quicquid id eſt, quodcunque parat, Te vindice, Numen,
Si nimium hoc pietas augurat, opto tamen.
Hoc Tua, quodcunque eſt, felicia tempora nobis
Promittunt; nunc, aut nunquam erit illa dies.
Triſtia jam reſponſa ſuis Capitolia reddunt;
Et dubio muſſat Delphicus ore Deus.

Con-

Conſenſu adventas ſummo; mala factio ſervit;
Natorum & tolerant robora firma Thronum.
Quò feſſum rapitis Sceptri numeroſa Propago,
Diſperſa & ramos ſemina per validos?
Firma hinc auxilia amplexi Germanica Rami;
Progenies fulcit nos generoſa domi:
Non Patrum vitiis, luxúve effœta Juventus;
Sed ſtudiis Proles aſpera belligeris.
Quot documenta dedit regni ſpes proxima Princeps
Militiæ Juvenis munia prima gerens?
Flandriaci teſtes campi: Victoria clamat;
Exuti hoc caſtris nec ſiluêre Duces.
Nec ſub Marlburgo pigeat tolerâſſe Magiſtro
Te, Bone, militiam hanc, & grave Martis opus.
Nec Te Hunc pœniteat primis ſpectâſſe ſub annis
Campeſtri armorum pulvere ſordidulum.
Adverſas acies cùm magni Ipſe agminis inſtar
Contrà directis frangeret ordinibus
Spectandus campi in ſpatiis; ſeu ſævus in arces
Obſidione premens ſurgeret aërias.
Ipſe aderas, Princeps, clari pars maxima Belli;
Ipſe Pater rapidos Mars Tibi junxit Equos.
Clara rudimenta, & Dominæ præludia dextræ
Mirata, & Juveni plauſit & Ipſa ſibi
Anglia; Quanti, inquit, Ducis argumenta laborant?
Debentur Sceptris principia Illa meis.
Diſcit adhùc, puris nunc primùm & militat armis;
Si vincit Juvenis, Vir modo quantus erit?
Wallorum Dominum tremit altera Gallia, Nigri
Principis Immemores nec ſinit eſſe ſuos.
Jam & ramos acciſa videt noſtræ invida latè
Fundamenta Domûs creſcere ptole novâ.
Sed Tu macte Tuo, Princeps, cum Germine Sacro;
Vitalis dulcem protege Diva roſam,
Alma cie Zephyros, & amicas floribus auras;
Improba ver tenerum carpere parce manus,
Parce recèns orto rigidi manus arbitra fati;
Mors crimen, munus vita ſit Illa Tuum.
Noſtrarum Sacer Ille precum nutritur Alumnus;
Ah! metuas precibus tot violare Sacrum.
Non Pater Hunc genuit Populorum ſanguine pinguis;
Publicus at ſera huic ſtamina nevit amor.

Creſcit adhùc tener occultis inglorius annis
  Surculus; Idem ingens, ſi finis, arbor erit.
Jam ſparget ramos, facietque nepotibus Umbras,
  Aſſeret & magnos prole beatus Avos.
Creſce Puer, Patriaſque & Avitas imbue laudes,
  Nassaviæ nunquam non memor Hiſtoriæ.
Fortunate Hæres, faveat modo vita ſuperſtes,
  Nec mutent faciles crimina noſtra Deas;
Cum Pater Anglorum Diadema Georgius Alter
  Fulſerit, Ille Alter Tu Gulielmus eris.

Phil. Bouquet, S. T. P. & Ling. Hebr.
Profeſſ. Coll. Trin. Socius.

Quid hæc doloris vult tumultuatio?
Quid irruentis clamor affert gaudii?
Adeone ſincerum eſt nihil mortalibus,
Ut nec dolore ſit datum puro frui;
Lachrymis in ipſis quin reſurgat gaudium,
Miſcens Triumphos luctui haud ſatis pios?
  At ego tibi lugubre deſtinaveram,
Regina, Carmen: O decus gentis breve,
Dolorque longus! O parens, fruſtra parens,
Mater Sepulchrum prole numerosâ beans!
Optata nocuit ut tibi fœcunditas,
Præbens doloribus viam certiſſimam!
Ah miſera! quoties tibi tuorum funera
Parare contigit! ſed oculos quis tuos
Clauſit, ſupremum aut duxit oris Spiritum,
Cum te tuorum mors adiret ultimam?
  Quid profuit lauris caput victricibus
Habuiſſe cinctum? quid ſubactæ Galliæ
Solaminis fato tulerunt? quid moræ?
At profuit Fides, ſceleris & pura mens,
Preceſque Summi oblatæ ad aram Numinis;
Quos unicos mors impotens Satellites
A latere neſcit ſubmovere Principum.
Vigete vos, Cæli beatæ filiæ,
Fides, Preceſque, Menſque ſceleris neſcia;
Certa in ſecundis, certa in adverſis ſalus.

At

DEFLET & GRATULATUR.

At vos caduca, perite laurus, gloria,
Perite vos, Tutela Regum perfida.

Ad REGEM.

O Quem Fides, populique Jura liberi
Vocare Dominum geſtiunt & Vindicem,
Præſta Britanniæ ſuam ſpem; & uſque ſis
Is qui vocaris, quem Corona poſtulat,
Defenſor almæ *Fidei* & idem *Filius*.
Domare ſubditos jugo, atque Patriæ
Violare Leges, ſit aliorum gloria
Inanis: at Tu regiam inſiſtas viam,
Populique jus tuearis, & tuum, memor
Te hominibus imperare; quo nihil Deus
Conceſſit arduum magis mortalibus,
Aut quod virum poſcat, magis Dominum ſui.

Tho. Sherlock, S. T. P.
Aul. Cath. Magiſter.

O Dolor, ira, metus, quo dicam nomine Morbum
Quem noſtræ peperit veſtrum complexio genti?
Spe fallace furit, reputans ſua damna ſtupeſcit.
Nunc calet aut friget *ſacri* rumoribus *hoſtis*
Morte tumet SOPHIÆ Latium, mox occidit ANNA
Relligionis apex melioris; & ingruit horror
Auſonidum, qui ſunt Romano ſub Jove nati.
Expectat tragicas Eccleſia noſtra ruinas;
Proprietas rerum, Libertas, Jura valete.
Parcite quin lachrymis, & amaras mittite curas
Vaneſcit Spurius, verúſque GEORGIUS affert
Solamen miſeris, inopinaque gaudia mœſtis;
Arridet nobis facies pulcherrima rerum.
Vive diu felix, nobis chariſſime Regum,
Defenſor fidei, ſervatæ Gloria gentis.

Chr. Green, Med. Profeſſ. Reg.

In auſpicatiſſimum adventum REGIS.

SANCTA venit Themis, agnoſco veſtigia Divæ;
Inceſſu patuit non temerata Fides.
Seditione, dolis, odiis vexatus *iniquis*,
Tandem, Diva, tuam ſentiet Orbis opem.
Te, Dea, Te fugiunt *Inimicitiæ*, ſua Regna
Præcipites repetunt, *Tartareaſque domos.*
Hæc adventantis ſunt Hæc Præſagia Regis:
Nec mora, Concordes mutuus unit Amor.

Ecce, venit Rex! acclamant feliciter omnes,
Lætari ſalvo Principe quiſque jubet.
Invide, quid renuis? quin excute pectore *Diram*;
Scilicet, & pergat lætior ire Dies.
Ecquid enim? expectas dum *Quis Temerarius* auſit
Tractare inſanâ, non ſua Sceptra, manu.
Providus hoc olim cavit NASSOVIUS Heros;
Nec minus hoc curæ eſt protinus, ANNA, Tibi.
Tempore jam ex illo, ſec'lorum naſcitur Ordo
Lucidus; ex illo Tempore, læta Dies.

WILLHELMO cedente, vices gerit ANNA Tonantis,
Affirmatque armis jus Soliumque ſuum;
Gloria ſe quantis tollit Brittannica rebus!
Horret adhuc Gallus; ſed meminiſſe juvat:
Fata immota manent. Ne quis deſideret ANNAM
WILLHELMI Magni GÔRGIUS inſtar, adeſt.
Nec doluiſſe piget, ſed non minuiſſe dolorem;
Cum præſens Numen damna vel ipſa probant:
Non intacta malis, extinctam flevimus ANNAM,
Non oppreſſa malis, Gens animoſa ſumus:
Fortunati adeo! Te Rex, Te Soſpite Princeps,
Ipſe Deus, Britonum Spes jubet eſſe ratas.

Gul. Grigg, Aul. Clar. Præfect.
Illuſtriſſimo Dno CAROLO Duci *Somerſetenſi* Academiæ Cancellario à Sacris.

'AP'

Ἀ Ρ' ἠμῖν Βασίλισαν ἀπηύρα μόρσιμον ἦμαρ;
Οὐδὲ κυλινδομένοιο τέρας ἢ σῆμα κακοῖο
Οὐρανόθεν πρόεηκεν Ὀλύμπιος Ἀστεροπητής;
Ὡς ὅτε παμπόλλων Μήτηρ ἀγερώχου υἱῶν,
Τηλυγέτην ἕνα μοῦνον ἑοῖς ἔχε ἐν μεγάροισι,
Καὶ τὸν ὑπὲρ πάντας φιλέει, καὶ τόνδε μάλα δολῷ
Εὔχεται ἀντ' ἄλλων ζήσειν ἔτι αἰνὰ τεκούσῃ
Ἀμφότερον καὶ ἔρκος ἑῷ καὶ μητέρι κύδος.
Ἀλλ' ὅτε δὴ τὸ μοῖραν ἀναπλήσῃ Βιότοιο
Ὠκύμορος κἀκεῖνος, ὀδύρεται αἰλίνα μήτηρ,
Φησί τε σιωθνήσκειν πάλι πάντας ἐν ἅρπι κλαυσῷ·
Ὡς Στεαρλιαδῶν Διῖον Γένος οἶκον Ἀνάκτων
Ἡμετέρων, ὅτε κῆρες ἔβαν θανάτοιο φέρουσαι,
Καὶ μούνῃ Νήσοισι Βρεταννίσι λείπετο ΑΝΝΗ,
Τλῶ πάντες Βασιλῆϊ φίλοι καὶ Πατρίδ', ἔσεσθαι
Ἄφθιτον, ὡς σκῆπτρον Πατρώϊον ἄφθιτον αἰεὶ
Ηὐχόμεθ', ἀλλ' αὐτῷ ὅτ' ἀπηνὴς ἥρπασε Μοῖρα,
Ἄλλοι μὲν σιγῇ ποτικάρδιον ἕλκος ἔχοντες
Τηκόμεθα, θρήνοις ἀτὰρ ἄλλοι πολυκλαύτοις
Μακρὸν αὐσαντες παταγεῖν πειρώμεθ' Ὄλυμπον.
Νῦν ΚΑΡΟΛΟΣ τε Πατὴρ, νῦν ἔμπαλιν εἶδε τὸν ἡμῖν
Δήμῳ πόμπον καὶ ὁμώνυμος υἱὸς ὀλέσσῃ,
Νῦν ὃ μινυνθάδιον πρὶν πάντας κλαίομεν ἄλλους
Μῆλρος ἓν μέγα πῆμ', Ὀδυσῆα μεγάλην τε, Γλόερνον.
Πάντες ἅμ ἔς τε πυρὶν βῆναι δοκέουσιν ὁμοίην.
Ἀλλὰ τεὰς τίς Ἀοιδὸς ἐὺς ὅπα λειριόεσσαν
Στήθεος ἐκ θείοιο, τεὰς τίς, Δῖα Ἀναστῶν,
Ὑμνήσῃ ἀρετάς. Κενθυλὴ ὄγε μὲν Παρνάσσοιο,
Ἄλλος καὶ φιλόδημον ἄγοι ἐς Ὄλυμπον Ἀναστάν·
Ἄλλος Δυσμυέας μὲν ἐνὶ κρατερῇσι θυμίναις
Ὑμνήσει κλονέουσαν· Ἀλαλκομενηΐδα δ' ἄλλος
Νηυσὶ, στρατῷ τε φίλοις πολεκλητοῖς τ' Ἐπικούροις.
Φασὶ μὲν Ἄνδρα Θεὸν γεγάμεν τὸν πολ' εἶδος ἀρίστην
Κύπριδα, πολλάων ἅμ' ἀγροῖσαι θηλυτεράων
Κάλλεα καὶ χάριτας, τῷ μὲν λάβεν Ὄμμα φαεινὸν,
Τῆς Στόμα Παρθενικὸν, καλὰς τ' εἶλε Παρειὰς,
Μαρμαρυγῇ χαρίεντι ἀπ' ἄλλης εἶλε Προσώπου,

Ἄλλοθι μὲν Μελέων χροιὴν λάβεν, ὐδέπο᾽ ἄλλως
Τεύξεν ἀν᾽ ἰμερτὴν φειναλέα Μητέρ᾽ Ἐρώτων·
Ὡς καὶ Ζεὺς Βασίλισσαν ὅτ᾽ ἤθελε δῦναι Ἀείσην
Νήσοισιν ταύτῃσι, Φυὴν τε Φρένας τε μὲν αὐτὸς
Ἔνδοθι τεκτήνας ἀπὸ πολλῶν εἵλε Γυναικῶν,
Ἀνέρος ἠδὲ βίλῳ φρεσὶν ἔμβαλεν, Ἀνέρος ἀλκήν.
Αὐτὰς ἀλεξίκακος τίς ἐπὶ ξυρὸν ὄσσι πάρεστι
Νῦν Θεὸς; ὡς δοκέῃ γηθεῖν εὐρεῖα θάλασσα
Αἶψα μάλ᾽; ὡς ἄνεμοι νῦν ἤσυχοι, ἠδὲ γαλήνη
Ἀμπέλακε λιπαρὴ, νεφέλαι τε διέδεσμον ἄλλαι
Ἀλλυδις; ἦ ἔθεν ἅρμα δι᾽ ὑγρὰ κέλευθα θαλάσσης
Ἐννοσίγαιος ἄγῃ; ἤδη Τείτωνας ἀκούω
Κόχλοισιν τερπνοῖσι γλυκὺ μέλος ἠπύοντας,
Νηρεΐδες τ᾽ ἀνέδυσαν ὑπ᾽ ἐξ ἁλὸς, ἀμφί τ᾽ Ἀνακτα
Ἡγερέθοντο νέον, ἐπάξιον ὑδάξαντο
Καίπερ μὲν γαίης κρατέειν εἰωθότα μένος,
Κύματα μαινομένης καὶ ἐρύκειν μακρὰ θαλάσσης.
Θάμβεσις εὐρείτης ποταμῶν Βασιλεύταλος ἄλλων
Ὕδασιν ἰμερτὸν ζαφελέοις ὅτε δέξατ᾽ Ἀνακτα
Ὡς εἶπεσκεν, ἐμῶν ὃ ἔκγονε χαῖρε Βρεταννῶν,
Χαῖρε μάλ᾽ ἡμετέρης ὦ ἀπερεχὲς αἷμα ΣΟΦΙΗΣ.
Ἡμεῖς Ὠκεανῷ τέλος ὕδατος εὐρὺ ῥέοντι
Τίομεν, ὠκεανὸς ᾧ τεῇσι κραδίῃσι ἐφετμαῖς
Πείθεται, ἠδ᾽ ἄλλοι ὅσοι Θεοί εἰσι θαλάσσης.
Νῦν ἄμολον μεμαῶτα Ἐελς τ᾽ ἐπλόθι γαίης
Ἄρεος ἀνδροφόνοιο κασιγνήτη, μάλα φεύξῃ
Ἐς Βορέην, Βεβολοιγὸν ἑταίρη, ὥστε ἔοικε,
Νείκεα καὶ ἅμα φεύγῃ, ἐφημοσύνῃσιν Ἄνακτος
Ἔς τε μίαν Βυλὴν βυλεύομεν ἐνθάδε πάντες.
Ὡς ὅταν Ἰσαχίδας ἀτελευτήτῳ ἐπὶ ἔργῳ
Λεῖψε θανὼν Μωσῆς πεὶν ὑποδέξασθαι ἐγγυαλίξαι,
Πεὶν τείλισον ἀεὶ καὶ πλεθόωσαν ἄρουραν
Δῦναι ἐσελθέμεναι τάων Θεὸν αὐτὸν Ἄνακτα
(Ἀλλὰ μόνον κείνῳ σκοπιῆς ἀπὸ πλόθι γαίης
Δῶκεν ἰδεῖν) λαοὶ πολλοῖς Σημάντορα θρήνοις
Κώκυσαν τεπόθητον, ἀταὶρ Ζεὺς Ἡγεμονῆα
Αὐτίκα δῶκε νέον (Ζηνὸς γὰρ δῶρον Ἄνακτες.)

Οὗτος

Οὕτω δ' οὐχ ἅλιον λαῶν πόνον αὐτίκα θῆκε,
Καὶ δηρὸν φυγέειν δοκέοντ' ἐδέξατο ὁρμῆ.

Tho. Pilgrim, Coll. Trin. Socius.
Linguæ Græcæ Profeſſor.

Ad Reginam Defunctam.

I Pete Cognatas, Mens O puriſſima, Sedes:
Haud venit ad Superas Gratior Umbra domos.
Nobile *Pontificum* Tibi *Par* præcurrit: ad Aſtra
Ille Tibi placidas monſtrat, & Ille Vias.
Accipe Geſtorum Mercedes: Sume Coronas
Non *Hominum*, at *Celſi* Splendida Dona *Dei*.
Jam potes Æternâ tutò gaudere Salute:
Non nocet intactis livida turba Polis.
Sacra Cohors Cæli, quò, Te *Veniente*, Triumphat,
Sacra Cohors Terræ plùs *Abeunte* dolet.
Innumeris Lætiſque Diis *Diva* adderis *Una*:
Quæ Noſtri fueras *Unica Diva* Chori.
Filia quum fueras, Templis *Pia Vota* ferebas:
Oſtendunt *Matris* mox *Pia Dona* fidem.
At jam *defunctam* deplorant *Templa Parentem*,
Orbaque non dubitant, Te Moriente, mori.
Myſtica Menſa caret *Convivâ*, Altaria *Donis*:
Et Precibus toties fervidus, alget amor.
Quæ nunquam intravit, ſibi *Plebs Fanatica* Templa
Non *Veneranda* petit, ſed *Spolianda* dari.
Omnia convellit *ſub juris Nomine*, Detur
Non ut *Cuîque Suum*, Verùm *aliena Sibi*.
Te Præſente, pudor viget admirandus in Aulâ:
Diſcedente, fugit Nomen inane pudor.
Cor Tibi *Sincerè Angliacum*, Mens fervida: Corde
Diviſo & *tepido Regius* abſit *Amor*.
Quem nullâ *veterem Gallorum Orbiſque Tyrannum*
Vi domuere Duces, *fœmina Sola* domas.
Quòd Vincas, *fati* eſt: quòd ſemper, credere fas eſt
Virtuti *Superos* id tribuiſſe Tuæ.
Quòd *rata Pax* floret, Victo conceditur Hoſti:
Quòd *Toto Orbe*, datur Gratia ſola Tibi.
Gloria quæ reliquos decoravit *rara* Potentes,
Ornavit Regnum *crebriùs aucta* Tuum.

Atque ut *mille decem* Rex præſtat *Civibus Unus*,
Mille ita *Principibus* præſtitit ANNA *decem.*
At jacet: & *Britonum* modò Quæ *radiabat* in Orbe
Aurea Stella, Sacri Luminis *Orba* cadit.
Ergo agite exequias, & juſta parate Sepulchro:
Flamma perinde *Rogi* caſta ſit, atque *Tori.*
Atque STUARTIADÛM qui *Nomina* non amat *Anglus*,
Ille nec *Angliaco Nomine* dignus erit.
Molles ſparge Roſas, Violas adjunge recentes:
Non niſi *Virgineâ* Lilia ſparge *Manu.*
Thurifer *Ambroſios* affuderit Indus *Odores*;
Nî ſatis Ipſe *ſuo* fragret *Odore* Cinis.
Sic dum Mens Æthrâ, pulvis requieſcit in Urnâ,
Ille *Viris* fuerit Charus, at Illa Diis.

In Regis ad Solium Acceſſionem.

OCCIDUA *Phœbe*, Majori Lumine *Titan*
Adverſo Radios Ortus ab axe jacit.
ANNA Patrum Cineres auxit: Tu, Maxime Cæſar,
Ales ut *Aſſyrii*, naſceris, *Igne Rogi.*
Sceptra capeſſe *manu haud tremulâ*; non Quæ petis Ipſe,
Anglia ſed *multâ* Quæ *Prece* Læta dedit.
Antiquis *Britonas* rege Legibus: & *meliores*
Addere ſi cupias, adde, Monarcha, *Tuas.*
Pace fruare, *Suis* quam ſanxerat ANNA Britannis:
Pax eadémque *Opibus* floreat *aucta Tuis.*
Non *haſtæ Gladiique* ornent Tua Tempora, nî quæ
Vitibus atque Satis *arma recuſa* micant.
Et *Bellator* Eques *Venando* certet: & *Hoſtes*
Pellere, ſit *pavidas Marte fugare feras.*
Hæreſis Exul eat cum Schiſmate; Turbaque *Cæli*
Neſcia, *præſidium* neſciat Atra *Tuum.*
Et poſtquam placidis SOPHIAM ſuperabis Ariſtis,
Ut Matura cadas, Meſſe cadente, Seges.
Tu Dux intereà Qui Grantæ Nomina geſtas,
Grantigenis faveas, Inclyte Nate, *Tuis.*
Fortiter a *falſis* Veros defende Togatos:
Aſtat Muſa Tibi, Magnus Apollo Tibi.
Sic Genitor *Patriam*, dum Tu ſervabis *Athenas*,
Diviſum Imperium cum Patre Natus habet.

Johan. Boldero, A. M. Coll. Chriſt. Soc. Necnon
Celeberrimæ Academiæ Procurator Sen.

QUAN-

QUANDO fides tentat Thebanæ Conditor Arcis,
Sponte ſua exiliunt lapides, animataque Saxa
Reſpondent ſaltu numeris, & mœnia ſiunt.
Quin Tu, Muſa, novem pulcherrima Nympha Sororum,
Chordarum Regina, lyramque perita movere
Incipias lachrymoſa modos, molleſque ſuſurros
Suaviter elicias, & fila ſonantia plectas,
Atque agili varium percurras pollice carmen:
Namque aurita tuos imitantia marmora cantus,
Addent ſe comites operi, & ſudantia Saxa
Emittent lachrymas, & magnum Mauſoleum,
Et multa exſurgent ſculpenda Sepulchra figura.
Illic ANNA potens bellorum, ornataque fulmen,
Atque operi invigilans oculos ſpecioſa moretur,
Et notæ impediant fulgentia tempora laurus
Uſque renaſcentes, atque interſerpat Oliva;
Pendeat è lapide, & vincendo creſcat, & iram
Spargat amabiliter, pulchro & terrore rubeſcat.
Intonet horrendùm, & ſtipetur nubibus Aer,
Alluat Oceanus pedibus ſubſtratus, at Illa
Fluctibus intentet Sceptrum, fluctuſque recedant.
Hic aliud meditetur opus varia Artificis Mens,
Reginamque ſua ridentem ſede reponat,
Jungentem dextras, exutam fulmine; multa
Gratia circumſtet, molliſque immurmuret Aura,
Et circumvolitent Nymphæ plaudentibus alis
Copia, Fama, Fides, Concordia, Spicea Mater,
Et Pacis Sociæ Muſæ, & Præceptor Apollo.
Exanimis Regina adverſa in parte locetur,
Candida funereo nigreſcant marmora luctu,
Saxaque ſculptilibus madefiant undique guttis.
Sed quo Muſa ſtylo ſcribet, quaque arte docebit
Fundere picturam lachrymas, gemituſque ciere?
Ipſa comas lacerans flavas, proſciſſaque veſtem,
Artem Muſa ſuam vincit Sincera dolendo.
At nova deproperans Tibi, GEORGÎ, carmina Muſa,
Lætior exultat numeris, lauruſque refingit:
Advenis, O Princeps, quantis ornande Triumphis!
O Tu! præſentis Solatia, ſpeſque futuri.
En! velut Oceani mediis nitet *Albion* undis,
Sic multas inter lachrymas Tibi gaudia fundit,

Triſtitiaque licet circumflua, Candida ridet.
Ridet & ipſe Dolor. Sic nigro tegmine nubes
Obtexunt Terras, tempeſtatemque ſonoram
Promittunt agiles venti, fluidique vapores:
At quando exoriens viſit Sol aureus Orbem,
Humidaque exſiccat, ventoſaque lenit, & albam
Spargit ubique diem curru, ſubito nova cæli
Apparet facies, &, quæ modo nigra fuerunt,
Auro pellucent, variis radiantia formis.

W. Webber, A. M. Sidn. Suſſ. Coll. Soc.
& Procurat. Alter.

ANGLIA, dum crebris queritur ſingultibus ANNAM
Abreptam, & votis fata inimica ſuis,
Fata ſatis Britonum lachrymis & læta dolore;
(O Quantum Attulerant! Quam Libitina Necem!)
Jam novit, Qui fata regit, Qui cuncta cavere
Scit bene, ſollicitum ſentit & Ægra Deum.
Hinc Tu miſſus ades, Tu Summo Numine miſſus
Noſter ades; Salve Rex Bone! Noſtra Salus!
Sceptra Animoſque ſimul damus Unâ Voce Britanni;
Juncta decent: deceant Teque Tuoſque diu!
Jam ceſsêre Metus, Diſcordia credula, Luctus,
Nî qui non cedet Funeris, ANNA, tui!
Adventu fugêre tuo, Rex Summe GEORGI,
Quæ Terra hæc potuit ferre, timere, mala.
Sic ubi Sol nitidus, juſſu Omnipotentis, habenas
Arripiens, lætos impiger urget equos,
Ut primum emicuit, triſtes caligine Terras
Solvit: mox radiis quæque nociva premit:
Urget iter tamen hinc; & ſcandit in Ardua Cæli:
(Jam loca nulla times, triſtia nulla vides.)
Arduus incumbit mox; ipſa fugatur & Umbra:
Quæ non, nî Summo in Lumine, Tota fugit.

Rob. Betts, A. M. Coll. Sti Pet. Soc.
& Acad. Taxat. alter.

HE-

DEFLET & GRATULATUR.

HEROUM Sanguis, Cælo dilecte GEORGI,
Per Reges Atavos Britonum, Tu, Sceptra capeſſe
Jure Tibi delata, tuus, Te, in Regna vocatum
Legitime, Populus Solio ſublimem in Avito
Conſpiciens lætatur, & ANNÆ funera luctum
Imis pectoribus fundendum triſtia poſcunt.
Æthereas poſtquam, in ſedes Aſtræa receſſit,
Infandos hominum mores, & perfida facta,
Infixumque animis pravum, curvumque peroſa;
Effera tum vis, & dominandi inſana libido
Omnia turbabant, caruit quoque vindice virtus:
Ex hoc Reginæ ſuperûm cæleſtibus iris
Alcides actus, per terras monſtra domando
Prædoneſque feros, dedit otia gentibus, inde
Quæſivit famam ex odio Cælumque tenebat.
Rectori Superûm cum jam non amplius ANNAM
Viſum eſt indulgere Britannis, at ſibi curæ
Anglorum res eſſe docet, Te, clare GEORGI,
Subſtituit Regni hæredem, de ſtirpe JACOBI
Ortum Pacifici, pacis bellique peritum.
Ordo GEORGIADÛM nullo delebilis ævo,
Ordo pudicitiæ vindex, & Relligionis,
Armis defendenſque fidem, pacemque Triumphis
Quæſitam, bello, & magna virtute reportans.
Illuſtres Proceres circum latus agmine cingant,
Invicti Regis Comites; quis fortia facta,
Rerum geſtarum ingentes quis poſſit honores
Dixiſſe, aut epulas verſu deſcribere Divûm?
Tu Rex Magne, diu rerum moderator habenas.
Subjectos decoret parendi gloria fidos;
Hæredeſque tui ſuccedant ordine longo,
Non interrupta ſerie, Divina Propago,
HANNOVERÛM Sanguis, felicia rura regentes
Lenibus imperiis, doctorum dulce virorum,
Præſidiumque, decuſque, Academia, quos fovet, alma
Utraque, quæ Grantæ ripas quæque Iſidis ornat;
Hos Patriæ prædulcis amor, Regique verendo
In dubiis ſpectanda fides, duriſque probanda
Commendet, puræ cum Relligionis amore;
Æternùm maneant & jura noviſſima regni.

Rob. Grove, A. M. Coll. Div. Johan. Soc.
& Almæ Univerſit. Reg. Princip.

In luctuosissimum Obitum Serenissimæ Reginæ nostræ ANNÆ.

'AUDITE Gentes! Túque Fœmineum Genus
'Quaquà per omnes Hinc & Hinc sparsum plagas!
Audite Reges, Quotquot Imperio Inclyti
Virilis latè extenditis Solii Jubar!
Illustre sexûs specimen & Vestri & Sui,
Augusta, Mitis, Fortis, & Constans Sibi,
Humilis, Modesta, Casta, super omnes Pia,
ANNA hic recumbit——Dico non plura, at fleo.
Signate Sacram Mortuorum Regiam——

In Optatissimum Adventum Illustrissimi Regis nostri GEORGII.

ERGO veni Princeps, pacata per æquora tandem:
Obsistat facili Gutta nec ulla Viæ;
Agnoscat mediis Dominum Neptunus in Undis,
Explicet & læves Tethys Amica sinus;
Imò veni, Rex Magne, libens in Vota Tuorum,
Unanimi Gentis voce vocate, veni.
Tu potes Errantis motus componere Deli,
Atque Omnes altâ Pace jubere frui.
Tu Reparare potes Quod in Ipsâ amisimus ANNA,
Quicquid & in SOPHIA, Tu reparare potes.

Ergò

Accipe Jure Tibi jam debita Sceptra: Coronæ,
Et Populi felix Jura tuere Tui.

Carolus Beaumont, A. M. Coll. S. Pet.
nuper Socius.

Ad

DEFLET & GRATULATUR.

NUPER proſtratas acies, & fœdera Regum,
Florentes Britonum res, & ſine Sanguine Laurus
Luſit Muſa, egitque novos de Pace Triumphos,
Atque errore pio, quæ cepit gaudia mente
Finem non habitura, atque immortalia finxit.
Sed non cana Fides, non ornatiſſima Virtus,
Candida non Pietas, ſed non Divinior Aura,
Nec Diadema Sacrum, nec Regia purpura poſſunt
Mortem detorquere prece, aut dare jura Sepulchro.
Non Tua Te, O Princeps, fueris licet Optima, Virtus,
Non Belli, non Pacis honos (ter magnus uterque)
Non Terræ Cælive favor (multumque favebant
Ambo) ſervârunt; ceſſiſti Tu quoque Fato,
O Terræ Cælique decus, quâ cedere poſſis.
Adſit Muſa potens lachrymarum, & flebile carmen
Præcipiat chordæ, quæ ſit mœſtiſſima, & illa
Educat gemitum, graviterque admurmuret auri.
Non unum urget onus, duplici ſed funere Muſa
Incedit pullata; iterum miſerabile carmen
Integret —— O Regina! atque O Regina futura!
Quin Tu ſpes Britonum, GEORGI, Celſiſſime Princeps,
Da veniam lachrymis, quas ne expectatio de Te
Protinus exſiccare poteſt; quin parce dolori,
Eſt Pietatis opus; Reges ſic laude fruuntur.
Sic quando implebis, non impar Æmulus ANNÆ,
Præclaro multos Annales Nomine, & ibis
Adſcribi Ordinibus Majorum, & pace reponi,
Annorum Famæque ſatur, ſic Te quoque, Princeps,
Flens multum, multum ſuſpirans, Muſa ſequetur,
Ornabitque piis lachrymis, quantuſque fuiſti
Ante oculos ponet, ſupremaque Munera ſolvet.

Rob. Worſley, Dni *Roberti Worſley*, Baronetti
Filius Unicus. Coll. Div. Johan.
Socio-Commenſalis.

MELPOMENE, Tu non ſimulatos docta dolores,
O profer, ſacris veſtita horroribus omnem,
Omnem triſtitiæ pompam, & mœſtiſſima fila.
Rurſus enim indignans terras Aſtræa reliquit,
Virtutem adjungens comitem, pulchraſque Sorores.

Regia num properat Cæleſtis funera Dextra,
Vindictaque rubens gaudet cumulare Dolores,
Et culpâ noſtrâ conjungitur ANNA SOPHIÆ?
O Qualis fuit illa dies, cum fama per urbes
Reginam non eſſe tulit? qui pallor in ore?
Cujus non oculi ſteterunt? Sanguiſque recurrit?
Ecquis non fudit lachrymas, gemituſque ciebat?
(Non fictos gemitus) Regioque remugiit omnis,
Nam quænam in terris noſtri non plena doloris?
Vix charum GEORGÎ nomen (nec novimus Illo
Charius) amovit luctum, vultuſque refinxit:
Audivit Populus, ſuffuſaque lumina Regi
Arriſere novo dubie, dum GEORGIUS, ANNA
Succeſſere animis ſimul, ancipitemque tumultum
Expreſſere oculi, & pulſantia corda ſonârunt;
Lætus quiſque fuit, lachrymoſaque gaudia fudit
Quiſque, & tentatum eſt vario certamine pectus.
Sed dum ſponte omnes humectant flumina vultus,
Injuſſique ruunt gemitus——initura Triumphos
ANNA novos ſedet, & lachrymis, & carmine major,
Indulget noſtris lachrymis, patiturque dolorem.
Scilicet abſolviſſet opus, ſecretaque Cæli
Ad finem perduxiſſet, coiere viciſſim
Gentes, nec dedit ulterius Bellona fragorem:
Illa per Europam connectens omnia Dextra,
Inſignis Sceptro, Virtute Inſignior, ipſum
Cum terram incedens tetigiſſet vertice Cælum,
Et Mundo Pacis quaſi teſtamenta relinquens,
Ingentem Famæ clauſit feliciter orbem.
Nuncius haud aliter Cæli, radianſque Miniſter,
Cui datur iratas tonitru reſtinguere flammas,
Deſcendit meliora parans, atque expedit Orbem,
Corrigit inſanos fremitus, raucumque tumultum,
Et mandata Jovis commiſſa fideliter urget,
Compoſitis tandem Rebus, domitaque procella,
Impatiens terras linquit, Cæloſque repoſcit,
Aſcenditque albam Spargens poſt ſe undique lucem.

Tho. Aſhby, Coll. Divi Johan.
Socio-Commenſalis.

Ad

DEFLET ET GRATULATUR.

Ad Regem.

MAXIME Dux, Sceptris junctum quem Stirpe Britannis
Nunc vinc'lo propiore ligat, Tituloque ptiori
Vendicat Hæredem purorum provida cura
Sacrorum, & Latiis male concredenda miniſtris
Relligio, Latiis male concredenda tyrannis
Libertas; forti cape lora vacantia dextrâ
Imperii, & rebus præſens ſuccurre ſub arctis.
Sat te experta diu impavidum, juſtumque bonumque
Lunenburga Domus, flavi patria ora Cheruſci;
Germani ſat jamdudum gaudentibus oris
Cæſareoque datum decori. Nunc trans mare fulge,
Et reliquo luſtra diviſos orbe Britannos.
Qualis inexhauſto terram circummeat igne
Phœbus, & alternans in partes dividit æquas
Imperium lucis; poſtquam jam viſerit Indos
Heſperios, noſtriſque adverſa jacentia terris
Regna ſuo grâtus donârit ſole, decoros
Purpureo profert Eous ab æquore vultus,
Inque vicem noſtri clivum conſcendit Olympi.
Aſpice defunctâ quantus dolor incubet ANNA,
Defunctâ Sophiâ! lætentur ut omnia vultu
Aſpice, Magne, tuo, gemini ſolamine damni!
Currite, candenti jam ſtamine currite, fuſi,
Fatidicæque trahant Saturnia Sec'la Sorores.
Tutus aret taurus florentia meſſibus arva,
Et tutas referat freta per pacata carinas
Nauta auro Heſperio gemmiſque Orientis onuſtus.
Floreat alma Quies & apertis otia portis,
Floreat intemerata Fides, & Simplice cultu
Relligio, nec purpureo ſplendore ſuperba,
Nec jactans immunditiem Sordeſque prophanas.
Libertas vigeat nec Legum exuta timore,
Nec Legum patrocinio nudata. Fideli
Sint populo, juſto Regi ſint integra jura.
Ille Salutem hujus vigil, hic illius Honorem
Quærat, & æquali alternans reſponſet amore.
Hæc vero propria ut, Superi, ſint dona; Britanni
Hoc longùm, tali ſemper Rectore fruantur.

Tho. Jones, S. T. B. Coll. Regal. Soc.

QUALES Threicii Gentes ad Strymonis Undas
Amiſſos lugent Soles, Hyememque minacem,
Cum ſævit Ventus, Tempeſtateſque ſonoræ
Pulſant, & gelidi glomeratæ Grandinis Imbres;
Talis Reginam pullata Britannia plorat
Amiſſam, tales fundit deſerta Querelas.
Ergone Te, charis nimis Ah! dilecta Britannis,
Immatura tuæ quæ poſt tot Funera Prolis
Unica reſtabas miſeræ Solatia Genti,
Te quoque Fata trahunt? avulſiſque undique Ramis
Ipſa cadit nimiis Ventorum Viribus Arbor?
At tibi felicem ſperavimus Ordine longo
Regnandi Seriem, & lætos in Pace Triumphos;
Heu quæ præbemus miſeri Ludibria Fatis!
Heu Spes fallaces, atque irrita Vota tuorum!
Occidis immatura cruentæ Victima Mortis,
Occidis, & Lacrymas nobis Luctumque relinquis.
Sic ubi Ver tepidum florentes evocat Herbas,
Auricomos Campos, flaventiaque Arva Colonus
Expectat, multamque ſibi in Granaria Meſſem:
At ſi forte furens inimico ſplendeat Aſtro
Sirius, & ſævi ſpargant Contagia Venti,
Uruntur ſegetes, nimiiſque Caloribus Agri
Langueſcunt, ſteriliſque Annus Spem ludit Avaram.
Vidimus attoniti Bello quid Fœmina poſſit,
Sanguine Gallorum undanti cum decolor Iſter
Arma virûm, Galeaſque, & fortia Corpora volvit,
Atque Acies totas ſpumantibus obruit Undis.
Vidimus Heſperii fruſtra Lodoica petentem
Imperii Frœnos, Fato & Virtute minorem,
Æquas in Leges ſociataque Jura coactum,
Et tandem exoſi ſopito Fulmine Belli
Inter Victrices Oleam frondeſcere Laurus.
Heu! quæ ſufficient tantis Solatia Damnis?
Quis mœſtæ amiſſos Genti renovabit Honores?
Altera Tu Regni Spes, & Tutela Britanni,
Fauſtum Brutigenis & ſemper amabile Nomen,
Has, GEORGI, Lacrymas, atque hæc ſuſpiria mulces,
Dum ſecura Quies, dum Te Pax Auſpice Floret,
Et nitidis plaudens Libertas Aurea Pennis.

Gilman Wall, A. B. Aul. Pemb.

Com-

DEFLET ET GRATULATUR.

COMPOSITO tandem poſt tot diſcrimina bello,
Sedula pacificas Brittannia cœperat artes
Exercere, potens claſſe, imperioque marino:
Cum fera mors nimium ſucceſſibus invida noſtris
Reginam arripuit, quæ, ſi modo fata dediſſent
Majores in luce moras, ingentia pacis
Dona celebratis foret æquatura triumphis.
Quam quoniam populo crudelia fata negârunt,
Quod ſolum ſupereſt, mœſti lugemus ademptam,
Supremoſque ANNÆ grati largimur honores.
O Regina! tui repetens miracula regni
Commemorare velim; refugit ſed pondus iniquum
Muſa ſubire, timens ne vaſtâ mole laboret.
Ecquis enim digno deſcribat carmine Vates
Urgentem trepidos hoſtes, mortemque minantem
Marlburium, medioque horrendùm in Marte furentem,
Præcipiteſve fugas, miſeri aut trepidantia Galli
Agmina, contuſaſque immani cæde phalangas?
Imperiis valuit tantum ANNA, & Marlburus armis.
Quod ſi continuis licuit ſucceſſibus uti,
Plorâſſet nunquàm exhauſtas Brittannia gazas,
Nec concepta forent producti tædia belli.
Diis aliter viſum eſt.
Sed quid ago? Patriâ tandem imperioque relictis
Rex venit: En Batavis naves ſolvuntur in altum
Littoribus, ventoque attollunt vela ſecundo.
Sternitur unda maris, ponunt jam murmura venti,
Ponunt jam rabiem, & ludunt Delphines in undis.
Nereïdum chorus omnis adeſt, madidæque ſorores
Exercent cantus, & mollia carmina dicunt.
Adfuit & Triton, qui viſo Rege canoram
Ter quater inflavit longo ſinuamine Concham.
Nec non cæruleâ placidum caput extulit undâ
Oceanus, dextrâque ratim ſceptroque triſulco
Impulit, illa citata fugit, validoſque fatetur
Impulſus, plenoque volans ſubit oſtia velo.
Nauticus exoritur clamor, tum ſulphure miſtæ
Emittunt fumos, & rauca tonitrua flammæ:
Clamorem ingeminant & rauca tonitrua rupes.
Sic poſt devictos hoſtes, lauruſque receptas
Victor gaudentes rediit GULIELMUS ad Anglos:

Sic poſt devictos hoſtes lauruſque receptas
Anglia victorem GULIELMUM læta recepit.

Theo. Parſons, Aul. Clar. Alum.

ΕΝ τῷ τὴν ΣΟΦΙΑΝ λειπειν φάος Ηελίοιο,
Αμφεκάλυψ' ΑΝΝΗΝ τῦ θανάτοιο τέλος.
Τεγῦμα δ' ἔχυσι διπλῦν ποτικάρδιον ἡέες Αγλῶν.
Μοῖρα δ' ἀεισίνδλω ἔπεφνε φῦλα Βρετῶν!
Φεῦ, Φεῦ! εἰνὶ Σκότῳ ΣΟΦΙΗ φαεσίμβρεγλός ἐστιν,
ΑΝΝΑ Θεῶν τὸ πάλαι, νῦν πόθος ἐστι Βρετῶν.
Εστι χρέος τὸ θανεῖν μερόπεσσι τυχῦσιν, Ανάσσας
Διογενεῖς ὕσσας πῶς χλάνες, αἶσα κακὴ;
Οὐχ οἵη τ' ὄντος πολέμυ πέρθειν Βασίλισσαν,
(Φεῦ!) δόλος εἰρωνὶς ἔκτανεν ἔρμα βίυ!
Η Παλλὰς φθόνεεν πολέμυ χλέος ἄφθιτον ΑΝΝΗ,
Αυτῆς ἦν Μοίρεσις ἤυξαλο θυμὸν ἐλεῖν.
Οἴκωτὸς δ' Υδρωψ, Αρθεῖτις, Πυρετὸς αἰνὸς
Ενοκήπλυσιν ὁμῦ σώμασι, Δῖα, τεῷ.
Οὐ δυνάλαι δήπυ Βασιλισσῶν Δῖα τὸ θνήσκειν
Εξ ἁπλῦ πότμυ, δεῖ πλεόνων ἢ νόσων.
Παλλὰς μὲν πόλεμον, τλεὼ δ' ἀρχλεὼ πότνια Ηρα
ΑΝΝΗ, πάντα Θέμις, κὴ φιλόδημος ἔη.
Εινὶ μιᾷ δ' ΑΝΝΗ τρεῖς ἀιάζυσι Θεαίνας
Τρεῖς μὲν ὁμῦ τ' Αρχαί. Κόσμον ἴκανεν ἄχος.
Οὕτως ἔκλειψιν Φοίβυ πάχονλος, ὃν ἄχθι
Πάντα πέλι, θάνατος ἓς χεδόν ἐστιν ὅλυ.

H. Eaſt, Aul. Trin. Alumn.

DEBITOS ANNÆ tumulo benignæ,
Debitos caræ SOPHIÆ Sepulchro
Da modos, crineſque nigra cupreſſo
Cinge, Camæna.
Debitum magni meritis GEORGI,
Debitum regni auſpiciis novi da
Carmen, & lætam poſitâ cupreſſo
Indue laurum.

Audiat

DEFLET ET GRATULATUR.

Audiat Gallus fremitus ſecundos,
Audiat tellus Lotharî, fugamque
Italas tandem meditans Jacobus
Fictus in oras.
Voſque crudeles ſecuiſſe, Parcæ,
Fila Reginæ properante dextrâ,
Fila felicis ſenii Britanno
Ducite Regi.

Edw. Bullock, Coll. Regal. Commenſalis
ad Menſam Socior.

Ergone charam perpetuus Sopor
Oppreſſit Annam? nec pietas moram,
Heu! multa Laurus nec rapaci
Attulit indomitæque Morti?
Sic uſque ſævo perfida cum Joco
Fortuna fallis? Ludere ſic ſoles,
Sic uſque mendax? ſic ſuperbos
Vertere Funeribus Triumphos?
Adſis Deorum Quiſquis amicior
Multùm vocatus: Triſtia Quis Deus
Decreta Fatorum recludat,
Delicias revocetque Noſtras?
Ah! pervicaces Flectere deſinas
Sperare Divos; nil precibus, miſer!
Vexare Cæleſtes juvabit;
Nil Superos tua vota tangunt.
Vanæ redibit Sanguis Imagini
Aſtrinxit arctis Quam ſemel Improbus
Orcus catenis? Heu! Supremâ
Sparge pias lachrymâ Favillas.
Illuxit Anglis Flebilis Is Dies
Quem multa ſupplex ſollicitâ prece
Plebs deprecabatur, venire
Ne temerè adproperet ſceleſtus.
Ergo profundis merſa Doloribus
Languet repoſcens Gens Dominam brevem;
Quæ nuper inſigni decora
Pollicita eſt meliora Sceptro.

Dilecta Princeps! Aura rapacior
Quæ Te immerentem ſuſtulit Invida?
Sic Alma Terras pax reliquit!
Exitus Hic dabitur Triumphis!
Heu! Bella ſævus, Quidlibet Impotens
Sperare, Gallus jam nova deſtinat;
Infenſus Anglis mox ruinas,
Funus & Imperio parabit.
Mentitus Hæres, Qui Genus & Domum
Falſus JACOBI Regia jactitat,
Invaſor audax mox Britannas
Claſſe potens penetrabit oras.
Quò, Muſa, tendis? Augurium cave
Ne Triſte dicas; mitte diutiùs
Miſcere Luctus; & querelis
Fige modum nimiùm ſolutis.
Clarus Britannis GEORGIUS imperat:
Tradas protervis Triſtitiam & metus
Portare ventis; & ſub Antro
Quære modos leviore plectro.
O ſacra Navis! Quæ tibi creditum
Debes Britannis Quod ſupereſt Decus,
Heroa mox reddas amicis
Finibus Incolumem precamur.
Neptunus Altum Qui tenet Horridum
Curſus benignè dirigat; Æolus
Ventis ſecundet Rex; Britannus
Invigilet Genius ſaluti.
Auditis? An me Ludit amabilis
Inſania? Aures murmure perſtrepunt;
Jam læta Nautarum ſonoro
Littora ter fremuere plauſu.
Velis ſecundis En reduces rates!
It clamor ipſas Ætherias Domos:
Io Triumphe! clamat omnis
Vox populi, reſonantque portus.
Dîs charus æquo GEORGIUS, Optimus
Regum, Britannos Imperio reget;
Menſis Deorum dum recumbens
Ore pio bibit ANNA nectar.

Theod. Waterland, A. M. Coll. Mag. Soc.

ANGLIA

DEFLET ET GRATULATUR.

ANGLIA vix cineri SOPHIÆ ſolennia dona
Solverat, & pompâ lugubri funus acerbum
Duxerat atra dies, gravior cum nuncius aures
Vulnerat, occubuiſſe ANNAM.
Ergone Te, Princeps, tegit illætabile marmor,
Nec Tua Te Pietas ſubduxit plurima letho?
Crudelis Libitina! Sed O! Nil vota moratur
Pallida mors, jacet exanimum immotumque cadaver.
Vidimus ut Lodoix meditans diſcedere campo
Pacem imploravit genibus minor; horrida belli
Subſedit facies, voluit Regina, per orbem
Almaque ſecuræ diluxit adorea Pacis.
Incaſſum captat ſuppôſtus fraude malignâ
Non ſua ſceptra Puer, ſpiratque ferocia bella
Improbus, & ficto gaudet cognomine Regis;
Scilicet hoc ANNÆ cavit mens provida (Quam non
Dira Superſtitio Furiarum maxima movit,
Sed ſimplex Pietatis honos, & vivida Virtus)
His fictum vetuit Puerum conſidere terris,
Æternum & Solio præſens excluſit avito.
His inſtructa fuit donis Digniſſima Princeps,
Heu fuit—at periit—Vos O Parnaſſia Turba
Ferte huc munera veſtra, & amavit Vos quoque, Muſæ.
Sed quorſum hæc? Regno nubes obducta Britanno
Pellitur, & ſurgit sêclorum lætior Ordo.
En petit Angliacos victor ſine cæde Penates
GEORGIUS! En Britonum præſens allabitur oris!
Ipſi etiam fluctus plauſus imitantur ovantum,
Lætitiamque ſuo teſtantur murmure, & Ipſe
Adveniente Deo, geſtit ſub pondere claſſis
Neptunus, facileſque vias concedit eunti.
Luctûs deſine Muſa; Tuus jam regnat Apollo.
Non Hunc Ambitio, nec quod ſuaſiſſet egeſtas
Vile nefas, belli non publica ſemina noſtras
Impulerant ſedes, externaque quærere regna,
Sed Pietas, populuſque volens tribuere Coronam.
Improbus Ille Puer cum Semiviro comitatu
Inſtructas damnat claſſes, Regemque Deumque
Agnoſcit, ſolitâque ſuas petit arte latebras.
Sic ubi Titanes magno molimine Regnum
Cæli affectabant, ſolioque extrudere Numen,

Intonuit Deus, & commixtas grandine flammas
Torſit ab arce ferox, ſævoque immania Monſtra
Turbine corripuit, vaſtâque voragine merſit.

Tho. Thackeray, Coll. Regal. Alum.

VIX Spatium ſiccandi oculos conceditur æquum
Funeribus madidos, Docta SOPHIA, tuis,
Cum Tu, chara Parens Patriæ, terreſtria Regna
Linquis, & in Regnum Te rapis, ANNA, novum:
Scilicet ut *Pacem*, quam terris antè dediſti,
In Cælo Auſpiciis nunc tueare tuis.
Morte olim triſtem caſum multumque dolendum
Attulit Angliacis GEORGIUS Ille Tuus;
GEORGIUS aſt, *uno avulſo, non deficit Alter*
Aureus, afflictos ſuſtinuiſſe potens.
Amiſſum Numen ſic plorat Memphis; at æque
Pulchro alio invento Numine, læta colit.

J. Markland, A. B. Coll. Pet.

ERGONE Perpetuum nihil eſt! nec vota tuorum
Labentem, Pietas nec Te tua plurima texit,
Quin cadis Europæ & Patriæ Fultura? Stuartûm
Heu! quantam præclara Domus dedit inde ruinam,
Quum morti occubuit, Quæque illius ultima Gentis
Anglorum tenuit Sceptrum, Juſtiſſima longos
Quæ fuit inter Avos, & ſervantiſſima Recti.
Illam fœmineo cultûs haud nôris amore
Sollicitam, levia aut oblectamenta ſuarum
Captantem; ſimplex puro ſed pectore ſemper
Inſedit Virtus, miſceri & neſcia nugis
Majeſtas. Sanctus quæ condat Jura Senatus
Nunc curat, natis figitque timenda futuris;
Nunc queis ſuccumbas curis, Eccleſia Mater,
Explorat, gemituſque audit pia Filia duros,
Solaturque inopem, & crudelia vulnera mulcet.
Nec ſolos ea defendit Tutela Britannos;
Auſpiciis quippe, ANNA, tuis Europa, quod uſquam
Libertatis habet, debet. Tu languida Divæ

Membra

Membra refoviſti; per te Germania centum
Exultans floret populis, Germania Regum
Noſtrorum nutrix, Mater veneranda GEORGI.
  Artibus his Famamque tuam Pacemque tuorum
Molita, ad manes felix deſcendis avitos,
Illuſtres animas: ubi Te dilecta Gloverni
Umbra vocat, Conjux ubi longum æquabit amorem.
  At Tu qui magnis rerum ſuccedis habenis,
Haud onerum ignarus tantorum, Maxime Princeps,
ANNÆ, o & lacrymas longævæ pelle SOPHIÆ.
Te medicas adhibente manus Diſcordia cedat
Ordinibus variis; ſubeat Pax alma Fideſque
Candida. Nec poſthac avertas, ſi vacet, aurem,
Quæ tibi Muſa parat, Cæſar, ſed leniter audi;
Muſa parat fluvio cecinit quæ Camus amœno,
Poſtquam inter glaucâ canentia fronde ſalicta
Tollere ſe viſus Fatorum arcana movebat.
  ‘ Currite Parcarum Fila, expectata, Sorores
‘ Concordes, celeri devolvite ſecula fuſo;
‘ Conſilio donec maturo inſignis & armis
‘ GEORGIUS excipiet gentem, quem fata dederunt
‘ Dignum, cui poſſent tranſcribi Sceptra Stuartûm.
‘ Illum Juſſa Deûm, vocat illum in regna Senatus,
‘ Pace decus, bello fortem ſibi defenſorem.
‘ Vos O! quantus honor manet, illo Rege, vetuſtæ
‘ Muſarum ſedes, quas antiquus taciturnâ
‘ Lambit aquâ Camus, cum Qui de flumine noſtro
‘ Nomen habet, gratus vobis devenerit Hoſpes,
‘ Nec vatum luſus mox dedignabitur: olim
‘ Auguſto nec læta ſuo aut magis inclyta Roma.
‘ Exulet Heroas tantos qui ſedibus hiſce
‘ Invidet, Angliacâque vetat conſidere terrâ,
‘ Iſta velint quibus eſt inviſa Britannia.—Tu cui
‘ Intemerata ſalus Patriæ, cui ſera nepotum
‘ Libertas cordi, fidum in Natumque Patremque
‘ Accipias animum, atque ambos dehinc diſce vereri.

W. Crayford, Aul. Pemb. Alumn

Ἤματι ἀρφανικῷ ὅτε κάτθανε Πότνια Μήτηρ,
Οὐλομελῴλεω λιγέως φρεσὶν ἧσι ΒΡΕΤΑΝΝΙΑ ἄπτὴ
Μυρομένη, (ὀδύνη ᾗ διὰ κραδίην ἀλεγεινὴ
Ὤιχετ') ὀϊζυροῖ' ὅπα τλεύδ' ἐπὶ ξηθεῳ ἴει.
ʻ Οἴμοι ἐγώ π πάθω; ΑΝΝΗΝ μοι κῆρες ἀπήυρων
ʻ Ζηνὶ φίλλεω, πασῶν δ' ὄχ ἀρίζην ἠλυτερράων·
ʻ Οἴκλισον πάντων τόδε πῆμά μοι ὅας ἐμόγησα·
ʻ Οὐδ' ἐδ, αἰκέν πως ἄρεως χαλεπ' ἄλγεα ἔτλεω
ʻ Δείδια, ἠνορέῃ πίσυνῳ, Τῆσδ' εὐχωλαῖς τε·
ʻ Θαρσαλέον ᾗ μαχεσομένοισιν ἐνὶ φρεσὶν ἦτορ
ʻ Ἐμβαλεν ἐυξαμένῃ, καὶ βῆ ῥα καθ' ὑλύμποιο
ʻ Ἐσυμένως Νίκη· (Διὸς ὡς ἐτελείετο βυλή·)
ʻ Ὡς ἀγαθαὶ μὲν κ φρένες ἦσαν ἀμύμονι ΑΝΝΗ
ʻ (Ἣπερ τόας ἔμελεν κ τοιάδε οἱ ἐπιεικὲς
ʻ Ἔργ' ἔμεν Ἀθανάτων·) ὁπότ' ἔλον Ἄρεα δέχονλο
ʻ Εὐσεβίη, Ἀρετή γε, Δικαιοσύνη τε κ Ὄλβος·
ʻ Ἔρνῳ τόσδε φέρε καρπὸς ἐριθηλὲς Ἐλαίης.
ʻ Ὡς ἄρα δὴ ἀπέειπεν ἀταλθαλίῃσιν ὀλέθρε,
ʻ Καὶ ζαθέης ἀρετῆσιν ἑὸν κῆρ ἐπώλβισε λαόν.
ʻ Αὐτὰρ γῆν ἐρατεινὴν ἔλιπε Δῖα γυναικῶν,
ʻ Πᾶσι δέ μιν φρεσὶν ἀθέσφαλον ἵμερον αὐτῆς.
Ὣς ἔφατ' κλαίυσα· ἅπτερνάχοντ ᾗ λαοὶ,
Κλαίοντες καταδύντα Βρεταννίδῳ Ἀστέρα Νήσυ.
Ὑψόθι Ζεὺς ᾗ μάλ' αἶψ' εὐάγγελον Ἄγγελον ἧκε,
Μητέρα μειλιχίοις φυγερὴν δ' ἐπέεσι προσηύδα.
ʻ Κάτθανεν, ὃ βρτόν οἱ· Ἀρετῆς κλέος ὄπτ' ὀλεῖται,
ʻ Ζῇ ᾗ μετ' Οὐρανίδῃσι, κ ἐν Κραδίῃσι Βρεταννῶν·
ʻ Ἀλλ' ἄγε λῆγε νέκυν πενθήμεναι· Ἔστε ὅλῳ
ʻ Σοὶ μέγας· Οὐρανόθεν καταδῦσά Σε κήδε ΑΝΝΗ
ʻ Ἄμβρσιος· Ἐν ᾗ βρτοῖσι ΓΕΩΡΓΙΟΣ Ἰσόθεος φώς.

Tho. Macro, A. M. Coll. Conv. & Caii. Soc.

Epice-

Epicedium in ANNAM *Reginam.*

ERGÓNE demum venit ingratus Dies,
Qui Nos acerbis obruat Doloribus?
Quod Crimen auſi fecimus? Quantum in Nefas
Irruimus, ut Nos cruciet in tantum Deus?
Graviore Scelera noſtra plectuntur Modo:
At noſtra nullum Scelera cognoſcunt Modum.
Meruimus Hoc, fatemur; & ſiquid Malo,
Quod patimur, eſt majus, meruimus id quoque;
Leviora ſed ſunt cuncta, quod patimur, Malo.
Lacerate manibus Pectora, & magnos date
Gemitus, *Britanni.* Cauſa non unquam fuit
Major dolendi. Grande Funus cernite.
En ut *Stuartûm* Gloria, & *Britonum* inclytum
Lumen & Amor, totius & Mundi Decus
Caret *Ipſa* jam Luce! En ut *Europæ* unicum
Columen, iners occumbit ac ſine Viribus!
Ingens ut ANNA Pondus exanimum jacet!
Profundite Lacrymas; ubique Planctibus
Sonet Æther; ingens Fœna nec capiat Dolor.
Aliquid agite Mœrore vulgari altius;
Veteres dolendi accipite Formas lugubres,
Milléque novas cumulate: ſed erit tum haud ſatis.
Heu flemus ANNAM! Flere quis ſatis queat?
Ut, ecce, periit Oris egregius Decor!
Ut clauſa torpent Lumina, & pallent Genæ!
Huc Forma cecidit? Hoccine eſt Frontis Decus,
Quæ clara nuper Siderum effulſit Modo?
O quantum ab Illâ diſcrepas, Quæ regio
Excelſa Solio Jura Gentibus dabas!
Quæ Forma Vultûs, quanta Majeſtas tua,
Dum ardente fulgens Murice, & Sceptrum tenens
(Decus *Ipſa* Sceptri) *Templa* protinus extrui
Mandas *nova*! Et procul ire ab Aris Numinum
Gregem jubes *profanum*! Et (ô quæ *Eccleſiæ*
Tibi Cura?) dum *Diſſentientium Scholas*
Premis, impia & *Fanaticorum Schiſmata*!
Heu ANNA moritur! Charitas quo Illam modo
Ornavit ingens, *Clericis* notum eſt ſatis;
Quo ſumma Virtus, Omnibus. Pietas Comes

Fuit uſque Cordi, & Sanctitas, Probitas, Fides.
Sed iſta quorſum? Heu! ANNA tot Virtutibus
Decorata cecidit Morte præcipiti nimis.
Dum dubia creſcens Signa Morbus prodidit;
Quæ Vota pro Salute cuncti fecimus,
Precéſque quas non fudimus? Fruſtra pii!
Nam Mors cruenta Precibus haud vinci poteſt;
Nil Vota poſſunt noſtra, nil Virtus ſua.
Reges, Tremorem qui undique incutiunt, Faces
Gementis Orbis, vividam Senectam habent,
Vitam uſque & uſque longiorem protrahunt:
At ANNA, Solii dulce & egregium Decus,
Amor Suorum & Orbis, heu! Letho occubat
Properante, & abripitur nimis volucri Die.
O Fatum acerbum! O dura nimium Numina!
Sed quò feror? Quò me impotentem Vis rapit
Doloris improba? Quid ego temerè Numina
Incuſo? Nónne Maximus Mundi Parens,
Rectórque juſtâ cuncta moderatur Manu?
Adverſa patimur magna: At adverſa omnia
Veniunt ab alto. Ille Arbiter, quod vult, facit;
Vitáſque poſcit Principum Princeps Deus.
Sint Damna quamvis gravia; parendum eſt tamen.
Onerare Cælum Queſtibus quid adjuvat?
Parum iſta proſunt. Ferre non Queſtus queunt
Nobis Opem, aut ANNÆ. ANNA Queſtibus haud eget
Noſtris. Beata jam ANNA, ſidereos Polos
Super, alta regnat, Sceptra contemnens ſua.
Ibi læta fruitur Cælitum Conſortio;
Ibi læta ſpectat Patrem, *Avúmque Martyrem*,
Proavóſque cunctos; Ibi Deum — Sed quis poteſt
Numerare fando immenſa Cæli Gaudia?
O! ſatis erit Nobis in æternum frui.

AT, ecce, noſtris Rebus afflictis adeſt
Solamen ingens, Decore regali potens
GEORGIUS. Ubi Ratis GEORGIUM Magnum vehens,
Grandi ſuperba Pondere, Oras attigit
Britanniæ; (O Feſtum & triumphalem Diem!)
Quæ Gaudia, O inſolita quæ tum Gaudia

Cepêre

DEFLET & GRATULATUR.

Cepêre *Britonum* Pectora! Ut cuncti Ordines
Gratantur *Adventum!* Ut undique curritur
Ad Littora! Properant cito & ovanti Gradu
Omnis Juventus, neque piger nunc eſt Senex.
Stat denſa circùm Turba. Quiſque GEORGII
Miratus Ora, videndo laſſat Lumina.
Reſonant ubique tumultuantis Gaudii
Plauſus, ubique Signa Lætitiæ novæ
Celebrantur omnia. Hinc & hinc Populi ſtrepunt.
Eſt una Vox. Ubique GEORGIUM ſonant:
Hic *Ille*, miti Qui Manu Sceptrum geret;
Hic *Ille Rex*, Qui proteget *Britanniam*,
Et quicquid ANNA fecerit, imitabitur.
Inviĉte *Princeps*, Brachiis *Britannia*
Te amplectitur totis: Pariter & Tu ſinu
Britanniam foves: Utrinque ſic datur
Felicitas. Te Numen uſque protegat:
Tuâ in Salute noſtra conſtabit Salus.
Hoſtes retundas: Inter at Laurus tuas
Floreat Oliva: Pace *Britonas* ô regas!
At noſtra Proſpera ſiquis Hoſtium audeat
Turbare, tua quid Sceptra poſſint, ſentiat.

Ric. Croſſinge, S. T. B. Aul. Pemb. Soc.

SISTET ubi audaces Victrix Libitina triumphos?
Uſque adeo in ſedes Regum ambitioſa ruet Mors?
Heu! quantùm ſtirpem exciſam viduataque flemus
Sceptra!—Sed ô Scelerum ſiqua eſſe piacula poſſent,
Hæc dudum eluerent Caroli infortunia noſtri,
Divulſumque caput, raptique injuria regni:
Aut ſaltem tu, Chare Puer, tu ſera Voluptas
Reginæ, Matris potuiſſes pellere mortem
Morte tuâ; vitæ ſed nec tua plurima texit
Simplicitas ægram, nec Mors properata Parentem.
Ipſa cadit Regina, ſimul genus omne Stuartûm
Et Regale decus:——Mendax ne Græcia aniles
Proferat Hiſtorias, memoret licèt Orphea Manes
Mulcentem auritos; fruſtra dulcedine cantûs
Tartara perſonuit, nequicquam millia Vates
Tentavit citharæ dulcis diſcrimina; nam ſi

Servare Euridicen potuiſſent plectra Mariti,
Te tua ſervâſſet Pietas, dilectaque cœlo
Servâſſet virtus: Quis enim te dignior, ANNA,
Parcere cui vellent, nôrint modo parcere, Manes?
Siccine Fata volunt, ſic inclementia cæli,
Ut, cum Reginæ torquet pia pectora Morbus
Vulnere crudeli, parili nos vulnere figat?
Mille neces mors una dedit, circumſtetit horror
Undique, & attonitam bacchata eſt Fama per urbem,
Ut dolor Unius Britonas pervenit ad omnes!
Sed tela eluſæ ridebat inania mortis
Ipſa metûs expers; quid enim Regina timeret,
Cui pia cura fuit, (dum vitam haurire licebat)
Tam benè poſſe mori? Quænam illa pericula lethi
Horrida? præteriti dum dulcis imago recurrit
Temporis, & cœli inſpirat propioris amorem.
Qualiter aſſurgens Nativum aſcendit Olympum
Corpore proſiliens Anima! & ſublimis aperto
Tendit iter cælo, & ſuperat modò Sydera ſaltu!
Illinc Magne Pater, (moriens cui regna reliquit,
Cui decus imperii) Teque & Tibi debita Sceptra
Deſpicit, & ridens, Nunc O fælicia regna!
Exclamat, quibus hoc potuit contingere, ut annos
Poſt tot volventes, poſt tot diſcrimina rerum,
Jam tandem Imperio & Sceptris ſuccederet hæres
GEORGIUS: Ipſa placent jam fata, & amabile lethum
Hâc mercede juvat —— Tum verſo lumine cernit
Undique compoſitas urbes: Quæ gaudia pectus
Pertentant, Patriæ cum reſpicis, ANNA, quietem?
Et fore perpetuam ſperas, tua munera, Pacem.

Thomas Robinſon, Gulielmi Robinſon,
Baronetti Filius, Trin. Coll. Alumn.

Ad REGEM.

UT Tecum fato juncta eſt Brittannia! Matrem
Ipſe tuam luges, luget & illa ſuam.
At Te dum Patrem appellat Brittannia, damno
Illa tuo creſcit, creſcit & illa ſuo.

Sam. Poynter, Aul. Cath. Socio Commenſalis.

SIC

SICCINE in aliorum commoda & Magnos Reges
Natos videmus! Nec reſtitutæ Pacis
Pulcherrima dona;
Neque ab anguſtiis,
In ſortem feliciorem,
Clerus ereptus;
(Clerus apud Cælos proprios,
Deumque polliciti tenacem,
Tantum præpollens,
Ut precibus fere Omnipotens
Dicatur;)
Aut in ſupremi Numinis honorem,
ANNÆ ſub auſpiciis,
(Neque pauca illa, vel exigua,)
Orientia Fana, [uſpiam
Principem pientiſſimam, fauſtiſſimam, omniumque quotquot
Sceptri geſtârunt decus,
Suorum Amantem,
Et viciſſim ab iiſdem
Summe deamatam,
A Mortis inſultibus,
Mortis, heu! ſubitæ ac ſævientis admodum;
Aut Caput tam Sacrum a vermibus
Et ruina,
Eouſque vindicare
Potuerunt,
Ut Tantæ Rei geſtæ,
Aliquos ſaltem perciperet fructus,
Et Britonum plauſus gratos!
At Corda iſta (Proh Dolor nunquam reticendus!)
Fato nimis, heu! nimis præmaturo,
Lethaliter tument,
Quæ maximo in ſuos Affectu, nec minori
Erga Deum Pietate,
Semper deflagraverant:
Veriſſime ergo de terrenis nonne effatus eſt, Numine plenus,
Magno abs Davide ortus,
Omnia vanitas?
Attamen, Vanine, taceas,
Extincto corpore, non itidem pereunt Bonorum
Præmia;

ACADEMIA CANTABRIGIENSIS

Ad culmen rerum in Cæleſtibus *Paſtor* fidus
Sedet advectus,
Cælo maturos qui rapit, & Triumphantis
Eccleſiæ partes Statuit;
Cujus ex larga manu,
Virtutis veræ Cultoribus,
Optimeque de Religione meritis,
Ut recte monuit entheus Verbi præco,
Super decem civitatibus,
(Maximo nimirum imperio)
Idemque non terreas, aſper, gravis,
Sed altus, refulgens, placidus,
Poſt mortem,
Principatus traditur.

Proh ſummi Numinis autem Clementiam, Sapientiam,
Providamque in genus humanum curam,
Nunquam ſatis mirandam!
Qui, rerum noſtrarum Præſide ſedes ad ſidereas,
Præ virtutum, & honorum, omniumque,
Præterquam annorum, ſaturitate,
Nuper ſubvectâ,
Alterum orbis Britannici Caput, atque Columen,
(Velut Solem, deficiente Luna,)
Suffecit;
ANN'Æque Auguſtiſſimæ ſuccedit Sereniſſimæ
Brunſwicæ Domûs decus atque gloria,
GEORGIUS;
GEORGIUS, non virtutibus minus, quàm ſtirpe
ANNÆ ſimilis;
O quàm plorandum,
Ut generis uſquequaque adeò Illuſtriſſimi,
Vel unicus intercideret *ramus*
Verè *aureus*,
Neque ſentiret Anglia,
Quid exornatiſſimæ Principis
Conſummatiſſima Sapientia,
In imperando,
Valeret!
Deo tamen Gratiæ habeantur maximæ, qui
Nobiliſſimum GEORGIUM,
Maternæ indolis veram Imaginem,
Nobis ſervaret incolumem;

Cujus

DEFLET & GRATULATUR.

Cujus prudentia ſolers, ætas matura, pectus invictum,
In rebus Arduis uſus & exercitatio,
Animuſque in Anglos propenſiſſimus,
Anglis quid non prænuntiant, ſpondent, pollicentur,
Grande, magnificum, & amœnum?
A Reginarum optimâ feliciſſime incæpta
Ad finem optatum perducet
Ipſius pietas, & vigilantia;
Nova multa atque eximia,
Proprio ab ingenio
Excogitata,
Adjiciet;
Leges Angliæ probatas
Immutari nolit;
Religionem puram ſummâ curâ, animique
Ardore tuebitur;
Chriſtianas quaſcunque artes, imperante GEORGIO,
Effloreſcentes mirabimur,
Ad ſeros uſque nepotes,
Ipſo Duce,
Duraturas:
Augurium hoc haud inane aut vanum eſt:
Quisquis Angliacum nomen geris, (quantum
Ex ſtupendo Funere mentes
Adhuc attonitæ,
Et corda micantia ſinunt,)
Plaudas.

Edm. Brome, S. T. B. Coll. Div. Joh. Præſ.

QUAM velim pectus Deus atque Princeps
Carminum ſacro ſtimulet furore,
Ipſe tum digna ac operoſa parvus
Carmina fingam:
Grandis immenſuſque ruam profundo
Ore tunc, æquis numeris adornans
Principes; ſi quid parile eſt honori
Morte carenti.
Concinam ut letho cecidit dolenda
Victima, heu! Fato meliore digna!
Alterum SOPHIA decus Britannis,
Speſque futura.

Concinam ut, noſtris vitiis iniqua,
ANNA Cæleſtes repetebat Arces;
Quæ, velut Phœbus radios, ab omni
Parte ſalutem
Sparſit, & donis cumulavit omnes:
Cui fides, & pax, & honor, pudorque
Aſſeclæ, cordi laterique adhæſit
Quicquid Honeſtum.
Fata cur non Hanc voluêre dura
Mortis expertem? Duce quâ fruamur
Aureo ſec'lo, & placido Poteſtas
Defluat amne.
Invidi non ſunt Superi; ſed obſtant
Ne nimis lætis Britones tumeſcant
Rebus, & Ventis nimium ſecundis
Carbaſa pandant.
Auream nobis rapuere Parcæ,
Aureus raptæ vice floret alter;
GEORGIUS Virtute pari tenebit
Regia ſceptra:
Ille compeſcet Britonum dolores,
Fulciet noſtram Patriam labantem,
Denuò nobis revocans in Aurum
Tempora priſcum.

Radulphus Macro, Coll. Gonv. & Caii Alumn.

CUM vitâ decedat inops & inutile Vulgus,
Ut latuit vivens, ignoto Funere fallit:
Sed cum Magnorum pulſet Mors Atria Regum,
Nec ſuus hos poſſit ſalvos præſtare Satelles:
Cum Caput abſcindat Populi, atque imitata Neronem,
Mors uno totam velit ictu perdere Gentem,
Tum pullata gemit Procerum manus, & pia Turba
Solvitur in lacrymas; quales, moriente SOPHIA,
Fudimus: Hanc longo dignata Britannia luctu,
Haud matura etiam Longævæ funera credit,
Neſtoreoſque exoptat adhuc deberier annos.
Altius inſedit nunc vulnus, & intima fixit
Pectora noſtra dolor: gravior jactura Regentis,
Quo Regno Gentique ſuæ magis utilis olim

ANNA

Anna fuit: quantóque ſuos magis illa beabat,
Regia majores incendunt Funera luctus.
En, ut humi neglecta jacent Inſignia Regni,
Ut dolet amiſſos vacuum Diadema colores!
Hæc Annæ geſtamen erant: hæc tradita magnis
Accipiebat Avis, hæc accepiſſe merebat.
Vidimus hâc (quamvis nunc pondus inutile) dextrâ
Gallorum acciſas vires, Regiſque potentis,
Pugnacique iterum ſuperatum Pallade Martem:
Vidimus, ô cives, (pudeatque hoc utile fruſtrà
Vidiſſe Exemplum) quanti virtutis Amantes
Fecerit, & placidi qualis clementia Regni:
Conjugis intactum ſervabat caſta cubile,
Imperióque potens quamvis, & onuſta Triumphis
Ante Aras Humilis ſtabat: ſic Debora vicit,
Sic quoque ſolennes egit pia Fœmina Grates.
O quàm pura Quies, mediâ ipsâ in Morte, Piorum!
Quam mollis tuus, Anna, torus! quæ Gratia Vultûs,
Quem placidum extremâ Virtus tua fecit in horâ!
Dulce recordanti Pax eſt, labor ultimus; ægram
Illa fovet mentem; extremóque in limine Vitæ
Proſpectus Cæli, Serpens ut aheneus olim,
Solarique tuos valet & lenire Dolores.
Præſidii heu quantum Decoriſque, Eccleſia, perdis!
Illa Fidem & Ritus animo venerata decentes:
Muneribus vetat Illa ſuis, ne pauper & æger,
Multa licet meritus, gemat ante Altare Sacerdos.
Illam ardore animi ſacro Delubra petentem,
Illam & ad antiquum Cultum nova Templa ſtruentem
Eripuit Numen, Cælique in Sceptra vocavit.
Sic quondam Æneas magnæ Carthaginis Arces
Cum ſtrueret, ſedeſque & fundamenta locaret
Templorum; interpres Divûm Jove miſſus ab ipſo
(Æneæ cui Cura fuit) decedere terrâ
Hunc voluit, fatoque datis conſidere Regnis.
I, decus, I, noſtrum: quamvis felicia Cæli
Te Regna accipiant, noſtras permitte Querelas;
Nec Dolor Invidiæ ſpeciem ferat: Illa videtur,
Illa mori felix, fato inconcuſſa ſupremo
Quæ lacrymas non Ipſa dedit; Quam Turba ſuorum
Plurima proſequitur lachrymis ad Funus euntem.
Sed tamen, ô nimios, Britones, compeſcite luctus:

Reſtat adhuc dubiis Spes & Fiducia Rebus.
Cum fugit, exacto lucentis tempore cursûs
Cynthia, ſuccedit cælo Sol aureus alto,
Inſtauratque Diem flammis: Tibi, Maxime GEORGI,
ANNA Tibi Imperium, Rerumque remiſit habenas.
Pax firmanda Tibi eſt, firmandáque Pignora Pacis.
Te quoque Fata volunt, (quod fruſtra optaverat ANNA
Arma inter) cælo Templorum educere moles,
Compoſitiſque tuis Opus hoc abſolvere Rebus.
Sic ubi Jeſſides habitandum Numine Templum
Condere decrevit, ferrumque & ſaxa paravit:
Illum aſſuetum Armis, Hoſtiſque cruore madentem
Juſſa Dei prohibent ſacratam attollere Sedem:
Sed, cum Bellator ſuperis conceſſit ab oris,
Pace vigens Hæres, media inter & Otia Regni,
Templa Deo poſuit puri digniſſima Cultûs.

Zach. Pearce, Trin. Coll. A. B.

UNDIQUE cum Venti poſuere, & in Æthere Sudum
Conſpicitur latè; ſperas, Palinure! futuram
Horrendam Oceani Rabiem, Cœlique Ruinam.
Confeſtim urget Hyems; crebris micat Ignibus Æther;
Fit Mare turbatum; ferè merſa, Carina fatiſcit;
Inde gemis, miſeris latè loca Queſtibus implens.
Te mox è Cœlo Pater hæc indigna ferentem
Aſpiciens, mulcet Fluctus, rapidaſque Procellas.
Haud ſecus, Angligenæ tranquilla per Æquora Pacis
Vela dabant nuper. Sed mox nimis invida Fata,
Abreptâ SOPHIA, mutârunt Gaudia Luctu.
Et non hîc Luctûs ceſſat Cauſa improba; ſed Nos
Infandum, Regina, jubes renovare Dolorem,
Poſteaquam SOPHIÆ Lachrymis madefecimus Urnam.
Anglia Mæſtitiæ tanto dum fluctuat æſtu,
Ingemit, ignorans certam petat unde Salutem.
GEORGIUS Anglorum gemitum aſpicit, &, Jovis inſtar,
Compeſcit Fluctus, Tempeſtateſque ſerenat.

Barth. Beale, C. C. C. Socio-Commenſalis.

Ad

Ad Ædem Weſtmonaſterienſem.

ACCIPE quod Magna ſupereſt de Principe, ſacros
Reginæ Cineres hæc levis Urna capit.
Vidiſti huic Capiti gemmatam hærere Coronam,
Atque has exangues Sceptra decere Manus.
Hîc ANNA accepit Regnum: nunc lumine caſſæ
Pars ſatis eſt Regni quantulacunque ſui.
Tu quoque dum Proceres lachrymis comitantur euntem,
Marmoribus lachrymas exprime mœſta tuis.
Nunc his cede malis: aderit tibi tempus Ovandi,
Spemque tibi facient Principis Ora novi;
Cum ſacram aſpicies cinctam Diademate Frontem,
Siſteturque Aram GEORGIUS ante tuam.
Quæ tua nunc gemitu, reſonabunt Atria plauſu;
Siccabit madidas lætior Hora genas.
Sic more amiſſum ſolenni plorat Oſirin
Niligenûm lachrymis Turba ſecuta ſuis:
Sed mox emeriti vertunt ſe in Gaudia Fletus,
Inventumque docent Tympana læta Deum.

Morris Drake, Coll. Trin.
Socio-Commenſ.

ERGONE funeſtam pallentes vidimus horam,
Imâ cùm Stirpem penitus radice Stuartûm
Fata revulſerunt; Teque, ANNA, extrema tuorum,
Ad Manes duxit Feralis Pompa repoſtos
Majorum, & Britonum ſuprema Palatia Regum?
Quid nunc perpetuum, quid non, Lodoice, caducum
Credis? quin tibi jam fragilem fateare Senectam:
Quamvis promittant centum de Marmore vultus
Immortale ævum; Lapidi ne crede doloſo;
Heu fruſtra! neque enim Fatum, Lodoice, ſupremum
Marmoris obſequio arcetur, tituliſve ſuperbis:
Stat ſua cuique Dies, & ineluctabile Fatum:
HENRICUS multi jacet ingens Nominis umbra;
Regia quin, poſtquam admonuit matura Senectus,

Oſſa dedit Terræ SOPHIA; & ſopita quieſcit:
Ipſa pium letho caput obtulit ANNA, ſub umbras
Bellorum, Imperiique æterna oblivia ducens.
Hos agis inſignes Britonum de Pace Triumphos,
Dulce Decus Regum? nec Te, Regina, cadentem
Illibata Fides texit; Laribuſve Colonos
Reſtituiſſe ſuis prodeſt; Populiſque Penates
Servati miſeris—verùm o Fata aſpera! ſaltem
Unicus ille ſuam potuit retuliſſe Parentem,
Saltem is Materni potuit miracula ſceptri,
Qui Glovernus erat—Quem nunc Caledonia ſancto
Indignata Fidem veterem colet aſpera jure?
Cui facilis Sceptro ſubmittet Hibernia collum?
Quæ Manus Europæ juſto libramine Fatum
Ponderet?——O præſens lapſis ſuccedere habenis
Imperii, Solio, GEORGI, deſcende paterno!
Miſſus in Imperium magnum, quò vota Senatûs,
Quò vocat ANNA, veni; quid non Stirpi inſitus ANNÆ
Præclarum, Rex Magne, geres? ſic Regia Quercus
Germini adoptivo vireſque Animamque miniſtrans
Extendique docet, ramoſque educit in Aſtra.
At vos interea rabiem mulcete, feroces
Venti, & Littoribus debentem Sceptra Britannis
Lene aſpirantes pretioſam impellite Puppem;
Æquorei Fluctus, placido decumbite Ponto
Ludentes circum; Regemque agnoſcite veſtrum:
Tuque o! qui nomen Cami de Flumine ducis,
Princeps Magne, tuas ne dedignere Camænas:
Quin agite, o Divæ: veſter jam regnat Apollo.
Exulet Angliacis jam nomen triſte Tyranni,
Neve iterum fruſtra meditetur inane Britannis
Sceptrum Fictitius Princeps—O Virgo Britanna,
Libertas bijugis invecta Leonibus adſis
Imperio cuſtos, Britonum quæ ſola mederis
Vulneribus, ſævoſque doces cohibere Tyrannos;
Protege dilectas oras, votiſque Senatûs
Annue, Diva, tui.
Turgeſcant aliis propiori Sole racemi,
Et coquat auricomam Segetem maturior æſtas:
Divitiarum alii ſecreta cubilia Montes
Naſcentiſque auri condant cunabula —— Sed Tu,
Salve Magna parens, Tellus Opulenta Virorum;

DEFLET & GRATULATUR.

Hæ tibi erunt Fruges; ſed tu ſervare memento
Oppreſſas Gentes, graſſanti ponere jura
Bello; & diviſos conjungas Fœdere Reges,
Europæque inter medios ſtes Arbitra Fluctus.

Guliel. Shirley, Aul. Pemb. Alumn.

INSTANTEM ſibi jam Mortem dum percipit ANNA,
Angliacæ Cuſtos gentis & Alma Parens;
Hanc curam extremam moribunda in Pectore verſat,
Amiſſam ut plorent Regna Britanna minus.
Nempe erat hoc Studium Divinâ Principe dignum,
Aſſuetâ Bello ac Pace beare ſuos.
Tum recolens Glovernum animo (nam ſæpe valenti,
Sæpe ægræ præſens dulcis Imago fuit.)
'O ſi, ait, aſtares tu Matri! nulla fuiſſet
'Dignior hos Oculos compoſuiſſe manus.
'Tum Mortis luſiſſem Iras, Te in Sceptra reponens;
'In Gloverno eſſem tum rediviva meo.
'At nunc Te cernam miſtum felicibus Umbris,
'Ipſa ob conſpectum lætior umbra tuum.
'Has igitur mihi delicias Proſerpina reddet:
'O! quanto Elyſium dulcius ipſe facis?
'At neque tu fueris mihi, Patria, cauſa dolendi,
'Imperiis etſi mox viduanda meis.
'Succedet, Gentes has qui felicibus æque
'Protegat Auſpiciis, curet Amore pari,
'BRUNSVICA de Gente Heros; cui plurima Virtus
'Et peperit Bello Dextra tremenda Decus.
'Non Ille ignarus Regnandi: debuit Illi
'Quod fuerit Felix dudum HANOVERA ſua.
'Principe ſub tali memor eſto, Britannia, noſtri,
'Hoc ingens ANNÆ Pignus Amoris habes.

Guil. Belaſyſe, Filius Unicus *Henrici Belaſyſe*,
Equitis Aurati, Coll. Trin. Socio-Commenſalis.

ΑΙΑΖΩ Βασίλισαν· ἀπώλετ· Δῖα γυναικῶν·
Τέθναχεν Βασίλισα, Βρεταννῶν κδδ@ ὄλωλε,
Κδδος ὄλωλε Βρεταννῶν, ἡ μέγα κύδιμ@ ΄ΑΝΝΗ,
΄Αρῆπτὸς Βρετανοῖσι γόυς, ϰ᾽ πένθ᾽ ἔθηκεν·
Αἴλινά μοι ϛοναχεῖτε νάπαι, ϰ᾽ ΄Αγλικὸν ὕδωρ,
Καὶ ποταμοὶ, χρεῶαί τε, ϰ᾽ ὄρεα ποιήενθα·
Αἰάζω τὸν πότμον ἀγακλειτοῖο ΄Ανάϛης,
Τῆς ΄ΑΝΝΗΣ, ἣν κῆρες ἀφηρήϛαντο μέλαιναι,
Σὺν δ᾽ ἄρα ϰ᾽ πᾶσαί τ᾽ ΄Αρεταὶ, Χάριτές θ᾽ ἅμ᾽ ὅλονται·
Κεῖται τῇ ἰκέλη, ἥντ᾽ ΄Αρτεμις ἰοχέαιρα
Οἷς ἀγανοῖς βελέεϛιν ἐποιχομένη κατέπεφνε·
Νδν ἴα μᾶν φορέοιτε βάτοι, φορέοιτε δ᾽ ἄκανθαι,
Πάντα δ᾽ ἔναλλα γένοιτο, ἐπεὶ τέθναχεν ΄Ανάϛα,
Αἴ, αἴ, Δῖα ΄Ανάϛα, τό τοι καλὸν ἄνθ@ ἀπορρεῖ.
Πῶς ἔπεϛ᾽ ἡ μεγάλη; πῶς δύϛμορ@ ὤλετ᾽ ΄ΑΝΝΗ;
ΑΝΝΗ ἱμερόεϛα, φάος ϰ᾽ ἔρεισμα Βρεταννῶν;
Οὐδέ τι μᾶν Σκῆπτρον χραισμεῖ, ὐδὲ Κλέος αὐτῇ,
΄Αφθίτον, ὐρανόμηκες, ὅϒ᾽ οἱ πόρε Παλλάδ@ ἔργα·
Κλαίετε Δημοφιλῆ, ἐλικυδέα κλαίελε ΄ΑΝΝΗΝ·
΄Οντως μᾶν᾽ λίθ@ ἐϛὶ, τὸ πᾶν λίθ@ ἐϛὶν ὀπηδ@,
΄Οϛις ὀδυρομένοισιν ἀνήνατ@ δάκρυα μίσγειν·
Πάντες ἰὼ πότμον Κλειτῆς οἰμώζετε ΄ΑΝΝΗΣ,
΄ΑΝΝΗΣ Διογενῦς, ἣν ὐδέ κεν αὐτὸς ἀείδειν
Φοῖβ@ σὺν φόρμιγγι, σὺν ἀμφιπόδεϛι μεγαίροι.
Ὑψίθρον@ μᾶν Σκῆπτρον ἔχεν, ϰ᾽ πᾶσιν ἐν ἔργοις
Κλεινῆς Κλεινοτέρα φάμιλω νίκασεν ΄Ελίσδας,
Καί οἱ ἐς αἰῶνας Κλέ@ ἔμπεδον ἐσήιξε.

B. Wilson, Coll. Trin. Alumn.

QUA-

QUALES Tonantis Cura, ſacrum Genus,
Philiſtiorum cùm manus impia
*Arcám*que captivúmque Numen
Abſtulerat ſine clade victrix,
Fudêre luctus, multa ſuper Deo
Abſente queſti, multa ſuper Suis
Mavorte conſumptis iniquo:
Haud aliter Britonum tumentes
Salſis inundant fluminibus genæ,
Cedente fato Principe, Quâ nihil
Majúſve terris clariúſve
Aut veniens celebrabit ævum, aut
Vidêre menſes præteriti; licèt
Romana tollat Gens Boadiceam,
Quæ ſtravit obſtantes catervas,
Qualis equos agitans Enyo,
Audáxve Pallas, perque cadavera
Fractóſque currus dum rapitur rotis,
Dum terret hoſtiles Phalangas
Gorgoneo furibunda monſtro:
Quamvis Iberas obruerit Salo
ELIZA claſſes; Famáque & imperî
Porrecta majeſtas per Orbem,
Quáque oriens fugat aſtra Phœbus,
Et quà ſepulto ſolvit equos Die.
Teſtes mearum funera Gallica:
Sententiarum, & ſparſa Tellus
Corporibus calidóque tabo
Germana, cùm jam volvere vortices
Oppletus altum neſciit alveum
Iſter fatigatos, rubríſque
Diluviem meditatus agris
Ripas minaci proruit impetu,
Vulsítque vaſtas ſtirpitùs arbores,
Contaminatos cæde fluctus,
Et refluam ſtomachatus undam.
Sed ſola Martis non tibi prælia,
Regina, curæ: Pacis opus magis
Te mite clementem juvabat,
Sanguinis & vacui Triumphi,

Sedare motus, parcere ſubditis,
Leges ſalubres condere, Numinis
Ornare cultum: Te ſacratæ
Ah! quoties humilem Columnæ
Vidêre, flentem crimina non Tua;
Adque aſtra puras cum precibus manus
Irata tendentem, nocentes
Ne raperet populos ruina,
Quos Tu fovebas, Mater uti, ſinu;
Quorúmque blando corda rebellia
Sermone lenibas, Tonantis
Dextra velut, patiens Malorum,
Dat alma fruges, & rigat imbribus
Terram feracem, dedecorent licèt
Cæleſte Gens Humana munus,
Fulminis immemores morantis!
Inviĉte Princeps, Qui ſolio ſedes
Quod *dulce noſtrum* deſeruit *Decus*
(Virtute quamvis atque bello
Impavidum referas Achillem;
Quamvis ſevero juſtior Æaco
Æquâ bilancem Tu teneas manu)
Ne, quæſo, tentâris merendo
Fœmineum ſuperare *Nomen*:
Nam luminoſis quæ Dea curribus
Per vaſta cæli flectit iter (licèt
Fulgore, quà incedat, ſepultæ
Sidereæ latitent catervæ,
Plorétque inermes Oarion manus
Nudatus auro, dum *trutinam* ſtupet
Aſtrea ſubductam, nec Arctos
Fulmineo minitatur Ungui)
Lucis Satorem neſcit Apollinem
Æquare vultu, qui decus aureum
Spargit per immenſum diei, &
Corda Hominum pecudúmque mulcet
Tepore blando almíſque caloribus;
Per quem tumeſcit Nectare gemmeo
Fœcunda vitis; quem fatentur
Flavicomæ ſegetes Parentem,

Fla-

DEFLET & GRATULATUR.

Et quicquid anni larga benignitas,
Prægnans bonorum, divite dexterâ
Profundit, æternùm laborans
Terrigenas recreare Alumnos.

Car. Tremayne, A. M. Aul. Pemb. Soc.

לגאורגיוש המלך ברוך אנך
וצרפת והיברניה:

הן נחנו מאד עניינו
ועצובות נפשותינו

ואתא מלך חלצת
את עינינו מני רמעה
עשיתה ארצך שמחה
והגוים תהלה

חיו והודך צלח
הוא מחיה חיים יתן
לך על עדיך נצח
והוא טוב לך יתקן:

Joh. Imber, Aul. Trin.

Ad REGEM.

ANNA, Parens Patriæque & Relligionis, ELIZA
Conſiliis major, nec Pietate minor,
Viderat ut Pacem optatam, Surgentia Templa,
Schiſmaque Depreſſum, (Nobile Pacis Opus!)
'Hoc ſatis eſt; (inquit) Mihi nil jam reſtat agendum:
'Des, Pater Omnipotens, des Mihi Pace mori.
'GEORGIUS Angliacas Novus Heros proteget Oras,
'Angliacâ modò non Primus in Hiſtoria.
Dixit, & Occubuit; petiitque Nova Hoſpes Olympum,
Pax ubi in æternum non violanda viget.
Anglia Reginam plorabat languida; fruſtra
Jactabat vinci neſcia Corda Brito:
Sed cum Te audiret non deſpexiſſe Coronam,
Sceptráque Fœmineâ tam bene geſta Manu;

Gaudia contracto rediêrunt miſta dolore,
Et ſubiit varias Mens agitata vices.
Mox nebulas læto Adventu, Rex Magne, fugabis;
Fulgeat ut plenâ Luce Beata Dies.

Tho. Brooke, Trin. Col. Alumn. *Thomæ Brooke*
Baronetti, Filius natu Sec.

URGET Britannos dira Proſerpina
Quaſſans flagellum; cladibus ingruunt
Clades recentes, atque denſis
Funera funeribus premuntur.
Audere tantum cur licuit Tibi
Crudele Fatum? Vix SOPHIÆ ſuas
Jam veſte mutatâ Britannus
Solverat exequias peremptæ;
Quandò ANNA, Princeps Optima Principum,
Devicta morbo ſuccubuit gravi,
Laxæque nutavere ſedes
Albionis pereunte Divâ.
Sed Muſa luctûs deſine lugubris,
Regemque plectro pleniùs aureo
Sones Britannum: Grande Numen
En repetit Patrios Penates.
En læta ſurgunt ſecula! Gratior
En Phæbus almo ridet ab æthere,
Et Marte Jam Galli Potentem
Compoſitis venerantur Armis.
Nil grande ſpirat Suppoſitus Puer,
Caput latebris celat, & impii
Ceſſant tumultus, tota Tellus
Adveniente Deo quieſcit.
Sic cum minaci murmure ſæviunt
Volvuntque fluctus æquora, turbidæ
Neptunus emergens ab alto
Dat ſua jura Potens Procellæ.

Carolus Fleet-wood, Coll. Regal. Alumnus
Rev. in Chriſto Patris *Gulielmi*
Epiſcopi *Aſaphenſis* Filius Unicus.

MORS,

MORS, iterum ſacræ reſera Penetralia ſedis,
Ut liceat miſeris Damna videre ſua.
Quin cinerum Spolia ampla, & opima oſtende Tropæa,
Plurima quæ, raptis Regibus, intus habes.
Magna Cohors Divum! veſtris nova Sedibus hoſpes,
Ultima præclari Nominis ANNA venit.
Danorum Princeps! hic deponatur ad Urnam
Regina atque Uxor, nobilis Umbra, tuam.
Veſtra ut contactu veterem ſpirantia Flammam
Oſſa vel in Tumulo conſociata calent!
Nos Flores, & demus inania munera Myrrham,
Myrrha ſuper lachrymas ſpargat odora ſuas.
Marcentes mærore Roſas, ferat Anglia luctu
Obruta, Tu Spinas, Scotia mœſta, feras.
Spina ſuum jam ſentit Acumen; Lilia nuper
Quantumvis fuerint Hoſtica, mœſta cadunt.
Hæc nunc æternum occludas, Libitina, Sepulchra,
In luctus toties quæ patuere novos:
Et Fauces, o ſæva, tuas tandem oppleat ANNA,
Ultima, déque Domo Maxima Præda ſuâ.

Gratulatio ad Regem.

ITE hinc Funerei tenui Modulamine Queſtus,
Ite leves Elegi; cùm ſe ferat obvia Regi,
Altior incedat plaudenti Carmine Muſa;
Quoque ſolet cantu Regum celebrare Triumphos,
Adventum celebret; Quantum horum eſt inſtar in illo!
En! ut onus ſacrum dum tranſvehit æquora Navis,
Neptunus magni Rector Maris, Undique lætos
Attollat Fluctus, Dominumque agnoſcat euntem!
Nerea, venturi fuerit Quæ Gloria Regni
Præcipientem animo, lætos jubet edere Cantus,
Et GEORGÎ Laudes, veſtra Argumenta, Poetæ
Præripere; æquoreæ tenuere ſilentia Divæ.
Quin & Libertas, ſævis inimica Tyrannis
Anglica Libertas huic ſe committere Regi
Adproperat, Natoſque ad Littora ducit ovantes.

At cum per mediam vehitur ſpectabilis Urbem,
Expectata diu cum jam datur ora tueri
Et Patris & Nati; Qui plauſus! Quanta fuerunt
Gaudia! me tantos prohibet celebrare Triumphos,
(Impare ne minuam tenuis conamine Muſæ,)
Cynthius; hos ſolus dignè memoraverit, inquit,
Qui potuit Magni victricia ſigna WILHELMI
Dicere, quíque Tuos, cum fortia Corpora Fluctu,
Torqueres, dignè pinxit, Bovinda, Labores.

Henricus Kelſal, Coll. Trin. Alumn. A.B.

ACCIPE, Rex Auguſte, ciet quos Muſa trementi
Ore modos; & quæ non uno funere pallens
Contemerata pio teſtatur gaudia luctu:
Infandis concede malis, quêis Parca fatigat
Sollicitam, gemino & proſternit vulnere Gentem.
Horret adhuc, & vixdum Almæ poſt fata SOPHIÆ
Reſpirans tua Granta, novo conterrita mentem
Funere ſuccumbit, funeſtæ crimina pacis
Ingemit attonita, & multâ ſpes morte reciſas.
Ille dies, duxit quo vitam Auguſta ſupremo
Ore Parens, miſeræ ſimul atro gentis honores
Funere merſiſſet lapſos, Magnæque tuliſſet
Inferias umbræ, immanem traheretque ruinam;
Provida, noſtrarum, ni Te, ſpes unica rerum,
Venturique adnixa minas arcere laboris
ANNA daret (tantum potuit pia cura ſuorum)
Statorem imperii, & duri ſolatia casûs.
Teque adeo, decus hoc orbis columenque Britanni,
Auſpice conſtat honos ſceptris, & vulnera Regum
Stirpe novâ inſtaurant noſtræ cunabula gentis,
Saxonicoque vigent reparatæ ſanguine vires.
Erigit, en! facies rerum mutata Britannos,
Regaliſque domûs infracti clade reſurgunt,
Paulatimque animos attollunt omine læto,
Curarumque levatur onus: ſed gratia ademptæ
Multa piis animis manet ANNÆ, pectoraque haurit
Importunus amor. Britonum gratatur honores
Jam reduces ſolio, ſed luctu Muſa recenti

Lym-

Lymphata, atque amens toto vix corde quieſcit,
Matrem ſuſpiratque elegis, & ſordida vittis
Polluit atratis ſolennis fercula pompæ.
Sic ubi miſcetur pontus, cælique ruinâ
Eripiturque dies, totumque evertitur æquor
Sedibus ex imis; poſito ſi forte tumultu
Ceſſet hyems, redeatque dies, pelagi fragor omnis
Concidit; at miſtâ fluitat vagus æſtus arenâ,
Laſſatique tument venti veſtigia ponto.
Felices! quêis cura Dei manifeſta labantes
Imperii tutatur opes, humeriſque reponit,
Princeps Magne, tuis, ſolus lenire dolores
Qui virtute potes, finemque afferre labori.
Felices! Quorum ANNA Parens operata ſaluti
Conſiliiſque ſuis commiſit pace ruinas,
HANNOVIO que ſui, & venturo in ſceptra ſuorum
Suffragiis & lege viam firmavit, iniquos
Compede dementis bellique coercuit æſtus.
Diſtulit optatam ſuperis dare ſedibus ANNAM
Nempe Pater, terriſque volentem indulſit, aperto
Dum cælo Tibi ſignet iter, ſedetque tumultus,
Pacatumque tuis tradat Virtutibus orbem.
Nec Te pacificis ANNÆ Succedere curis,
Maxime Rex, pudeat, capiant nec tædia Muſæ
Quæ pacem terris reducem grataſque Minervæ
Sceptris officioſa tuis exultat olivas.
Ipſa olim, rupto ſi gentes objice turbet
Gallia conjurata armis, vel Roma furore
Percita vulgârit pollutis Orgia ſacris,
Læta triumphali celebrabit carmine lauros.
Aſt animis Gallus fractis, & faſcibus amens
Pallet Roma tuis: quantum Te oſtendat in armis
Bellica vis animi, & quid bello dextera poſſit
Norûnt, innumeras raro quæ milite turmas
Reppulit, & pulſos cohiberet margine Rheni;
Dehinc trepidos ſubiget ſpes nulla laceſſere ferro
Auctum opibus noſtris, & cinctum pube Britannâ.
Sin Muſis præſaga futuri pectora Phœbus
Finxit, & eventus fas eſt præſumere Vati;
Aurea tranquillo procedent ſecula curſu
Auſpiciis renovata tuis, Martiſque rigore
Ad Boream, Codanaſque nives, arceſque fugato

 Riphæas,

Riphæas, iterum ſeſe artibus induet ætas,
Florebitque novis; poſthac facunda ſororum
Laude tuâ memores ſignabunt otia faſtos.

Joan. Chapman, S. T. B. Coll. Eman. Soc.

OPPETIT heu! Regina aliis communia fata,
Quæ nil ante aliis habuit commune, fuitque
Sola ſibi ſimilis, nullamque habitura ſecundam?
At cecidit! graviter gemuitque Europa cadente,
Et magnæ dubio tremuerunt pondere Lances.
Pruſtra arridebat nobis pulcherrima ſpes, quæ
Immortalis erat: Terræ dans oſſa SOPHIA,
ANNAM poſſe mori docuit, fonteſque recluſit,
Unde fluunt lachrymæ pro Regibus, & dolor ingens.
Te ſunt pleni Oculi, Teque omnia pectora plena,
O Regina! gemens totos Elegeia rivos
Evocat in lachrymas; lachrymantur ſanguine Corda,
Sanguine non cordi proprio. O Pulcherrima Princeps,
Quas merita es laudes Tibi? præcidiſque merendo
Quæ Tibi debentur laudes, vinciſque Poetam.
At Quales fremitus? unde hic ſonus attigit aures
Quadrupedum, clamorque Virûm, clangorque Tubarum?
Ille quis eſt Cui ſunt tanta hæc præludia, clarus,
Ille Trium medius, Sceptroque inſignis & auro,
Quemque oculis haurit plebes, omneſque ſequuntur,
Ipſe ſed arridens humero ſupereminet Omnes?
Agnoſco Regem—Nec vana illudit Imago:
Hic ille eſt Veſter, Britones, quem ſæpius ANNA
Promiſit Regnoque, ſui ſimilemque futurum
Prædixit toties. Sequere, & præcede ſequendo
Exemplar, Rex Magne, tuum felicibus aſtris,
Teque diu Patrem Patriæ patiare vocari.
I cito, Muſa, piis & Te conjunge catervis,
Eſto, Quantulacunque, tamen pars Ipſa Triumphi;
Saltem oculis Te, Muſa, aſpexerit Ille benignis
Quem primogenitum Pia Cami ad flumina Mater
Vendicat eſſe ſuum, & ſimili cognomine gaudet.
Qualia habet, Princeps, mittit Munuſcula Mater,
Exigua ingentis mittit Tibi pignora amoris,

Teque

DEFLET & GRATULATUR.

Teque ſinu exultans fovet, & ſibi carior Ipſâ
Incipit eſſe, Tuo illuſtris Tituloque ſuperbit.

Gul. Moleſworth, Coll Div. Joh.
Socio-Commenſalis.

CONSTITERAM Grantæ muſcoſum triſtis ad amnem,
Lenis ubi, & querulis Muſicus ibat aquis.
Nympha meis, dixi, ſuper ANNAM intercine curis,
Et mœſtum lachrymis excipe flentis opus.
Nam tibi perpetuo labuntur fonte vocatæ,
Quæ mihi turbatas deſtituere genas.
Audiit, & crines algâ religata decentes,
Voceque tum primùm non mihi viſa queri,
Parce, ait, indignos ANNÆ decernere honores,
Triſte jubens calamos, triſte ſonare lyram.
Abſenti inferias, & inania munera, Myrrham
Cinnamaque, & quæ non ſentiet illa, paras.
Illa novum cælo decus addita, nubila tranat
Ales, & Idalias aurea frænat aves.
Forſan & ambroſios crines interlita ſuccos
Ridet odorati munus inane rogi.
Nec vanâ in cineres lætata aſpergine Bacchi,
Nectareas alio palmite ducit aquas.

S. Shenton, A. B. Coll. Trin.

LÆTA olim cecinit felici Academia Musâ
Et Laudes, Lauróſque Ducum, Britonúmque Triumphos,
Auſpiciis, Regina, tuis, Victáſque phalangas
Borbonidum, & Gallis ablata Tropæa ſuperbis:
Et tu, Phœbe Pater, noſtras tu lætus Athenas,
Palladiáſque Arces viſiſti lumine amico;
Quippe tuâ Juvenum caluerunt pectora flammâ,
Agnovítque Deum Camus, dum carmine ſacro
Reddita compoſitis Saturnia ſec'la Britannis,
Æternámque canunt, & non ſine Numine, Pacem.
Nunc, O Melpomene, lachrymas quæ fonte perenni
Fundis, ſume lyram, noſtríſque Doloribus adſis;

Heu! gemitus Libitina tulit, Laurúſque Cupreſſis
Cedunt, atque Elegis Heroica carmina mœſtis.
Abreptam nunc Jure Cohors Phœbea Minervam,
Curia Cuſtodem, Sanctiſſima Templa Patronam,
Aſtræam Populus, plorátque Britannia Matrem.
Ergóne perpetuus Divam ſopor opprimit ANNAM?
Ergóne non valeat virtus, non Stemmata clara
Quo minus abſcindant crudeles Stamina Parcæ?
Ergóne nulla ſonant Rhodopeïa plectra, canoris
Reginam fidibus nemo revocabit ab Umbris?
Tu citharam, Popæe, dedit cui dexter Apollo,
Cujus & ad partum faciles riſere Camænæ,
Incipe, ſi forſan nôrunt miteſcere Manes
Carmine, forte tuo miteſcent carmine Manes.
Siſtite quin lachrymas, & mœſta Epicedia, Muſæ,
GEORGIUS Ecce venit, validáque Britannica geſtat
Sceptra manu, nigras pellet, quaſi Phœbus, & Umbras.
Illius Auſpiciis hilares procedere Menſes
Incipient, ſolitos Eccleſia ſumet Honores,
Et nova Pieriis accedet gloria Sylvis.
Ille ſuos Armis, & Amore tuebitur; ANNA
Quamque dedit Pacem Terris, dabit Ille perennem.

Rich. Arnald, C. C. C. Alum.

SOLVIMUR in fletus, ex quo pervenit ad aures
Infelix ſubiti Nuncia Charta Mali;
Quiſque Bonus tacitè multum ſuſpirat, & ANNÆ
Ex oculis dicto Nomine gutta cadit.
Nunc primum, Regina, Tuis es cauſa dolendi,
Te nunc (vera loquor) Te meminiſſe piget.
Dic modo, Quiſquis is es, peregrinis Hoſpes ab oris,
Siqui ſint luctus, Luctibus Hiſce, pares.
Jam video flentes ANNÆ ſuper Ora Miniſtras,
Pulſantes triſti pectora fida Manu;
Quæ modo læta fuit, locus eſt inamabilis, Aula,
Delicias clamat jam periiſſe ſuas.
Ad Cælos, Dilecta, tuos Heu! Ocyor ibas,
Nil ultra Gentes, unde querantur, habent.
At quorſum lachrymæ? quorſum pia Vota Tuorum?
Te ſemel abreptam non revocare licet.

Verum

Verum O felicem! Quæ vitam & tædia Sceptri
Ponis, ad Æthereas ſcandere Digna Domos.
Illic cum Pueris fulges Concordibus Aſtris,
Ipſaque cum caſto Conjuge Sidus eris;
Illic perpetuos Unà numerabitis annos;
Illic de viduo nulla querela Toro.
Oſſaque ſub ſocio requieſcent Marmore, Fatum
Quod Vos ſejunxit, Vos quoque junget idem.
Nos tamen interea mœſti Te ſæpe vocamus,
Negligis at noſtras ſæpe vocata preces.
Quæ tandem Miſeris venient Solatia? Ramus
En Uno avulſo, Regius alter adeſt;
Inclyte, Tu Britonum Regnis ſuccede, GEORGI,
Noſtra Tuæ poſſunt Sceptra decere Manus;
Et de Te Populus quærenti dixerit olim,
Crede, ſuos ANNA non minor Ille regit.

Greg. Doughty, A. M. Coll. Regal. Soc.

QUEIS patria eſt cordi, dulciſque in pectore fervet
Libertatis amor; Quot verum Numen adorant
Ex animo, & vanas cupiunt dediſcere lites;
Omnibus his quàm læta dies nunc emicat! omnes
Proſpiciunt placidè venturi gaudia ſec'li:
Dùm Rex Sceptra tenet, ſapiens, quem perfidus hoſtis
Fallere Conſiliis, fortis, quem viribus ullis
Debellare, nequit: cui mens ac æqua poteſtas
Conſervare ſuos. Gratos nunc tempus honores
Solvere, nunc Regi ſuetis occurrere donis.
Nullus ab hoſte timor, jam formidata parati
Tempeſtas abiit Domini; ſi forte nefandas
Jam ſtruit inſidias, fraudes, vireſque fatiſcent.
Nec minùs Europæ noſtro ſub Rege catenæ
Franguntur dubii poſt tot diſcrimina fati.
Securam reddit Pacem novus Arbiter, omnes
Cui parere juvat. Requiem hæc finemque laborum
Allatura dies: nobis jam fata beatis
Quid dederint optare magis, quàm ut Regia virtus
Cum Sceptro ad ſeros deſcendat pura Nepotes?

Edm. Miller, A. M. Coll. Trin. Soc.

ΜΑΡΛΒΟΡΙΟΥ κρατερῶιο λέγυσ᾽ ἐπιπάυεο νίκας,
Μῶσα, κ᾽ εἰρήνης φερεκαλλέϑ᾽ ἀγλαὰ δῶρα.
Οὐ φίλον ἐσὶ μέλος· νῦν χάρματα πάντ᾽ ἀπόλωλεν.
Ἀλλὰ σὺ, πότνα Θεὰ, λιγέως θρηνῦσ᾽ ἐπέεσσιν,
Ἄρχε γόυ ξυγερῦ, κλαυθμοῖό τε πενθαλέοιο,
Βρεπαννῶν Βασίλεια κλέϑ᾽ τέθνηκεν ἀγαυὸν
Ἀνδρῶν· Ὡς ξύμπαντας ἀάχεϑον ἴκετο πένϑ᾽;
Ἀλλ᾽ ΑΝΝΗΝ ἐρατεινὴ τίς ἂν οὐκ ἔκλαυσε; γυναικῶν
Πολλὸν ἀειδεύσασ᾽ ἄλλων ἀρετῆσι τέθηλε
Παντοίαις ζώσα· τίς οὐκ ἔκλαυσεν ἀχεύων
Τὸν θάνατον πανόδυρτον, ἀεικέα, πολλὸν ἄλαστον;
Ἄνθρωποι πανάπολμοι· ἐπεὶ κ᾽ κῆπον ὄλωνται
Ἄνθεα κηώδη, πάλιν εἰς ἔτ᾽ ἄλλο γελῶσιν,
Ἀλλὰ γένϑ᾽ μερόπων Θεοείκελον, ὐρανίοιο
Κῦδ᾽ ποιηλόο, ὅτ᾽ εἰς Ἄϊδαο πέρησαν,
Νήγρετον ὕπνον ἰαύονλες νόσοιο λάθονλο·
Ὡς δεινῶς ΑΝΝΗΝ μύρϑλαι πάντα θανῦσαν;
Οὐ γλυκεροῖσι νάπαι πετεινῶν ἀνλιδοῶσιν
Ἄσμασιν ὀρνίϑων, μῦνοι δ᾽ ἄρα δυσλιχόδειροι
Ἡδὺ μελίζονται κύκνοι ξανθοῖο παρ᾽ ὄχθαις
Θαμμέσιϑ᾽, πότμοιο φερφῆται ἐρχομένοιο·
Οὐκέτι συρίζῃ ἀτρύτοις ϐυκόλϑ᾽ ἀνὴρ
Πένθεσι μοχθίζων, βόες ὐκ ἐθέλυσι νέμεσθαι
Μυρόμφαι, σάχυας παμμήτορϑ᾽ ἧδαρ ἀρύρης
Οὐ φερφέρει ξηραυθὲν ἐπ᾽ ἄλγεϊ δακρυόεντι·
Νῦν ῥόδον ὠχρϑ᾽ ἔχῃ, κ᾽ ἄνθεα πάντ᾽ ἐμαραίνθη,
Νῦν ποταμοὶ σταχυῖ πολυκλαύσοισι ῥεέθροις
ΑΝΝΗΝ ὀλλυμφύλευ, κ᾽ δάκρυον ὐρανὸς εἴϐῃ·
Πάντ᾽ ὀλολύζυσιν· ΚΑΛΗ ΤΕΘΝΗΚΕΝ ΑΝΑΣΣΑ·
Ἡμέτερον κῦδος μοῖραν ϐιοτοῖο ϐραχεῖαν
Ὤλεν ἀναπλήσασ᾽ ΑΝΝΗ· ἀτὰρ ἄλγεα λυγρὰ
Ἐν θυμῷ κατακεῖϑι ἑάσομφυ αἰνὰ παθόντες·
Διογενὴς ἐπεὶ φέρεσι ΓΕΩΡΓΙΟΣ ἡμῖν
Σκηπτῦχϑ᾽ ϐασιλεὺς, ἔρκϑ᾽ Βρεπαννίδϑ᾽ αἴης.

Johan. Hawkins, Socio-Comm. A. B. Aul. Pemb.

Ec-

DEFLET & GRATULATUR.

ECQUEM querelis aut lachrymis modum
Ponemus? eheu! occidit, occidit
Regina; ſic diræ ſorores,
Aſpera ſic voluêre fata,
Felicitati ſcilicet invida
Noſtræ. Quis exempta otia dulcia
Cuſtode rerum ſenſit ANNA,
Aut doluit mala dura belli.
Foris nefandos Marlburius potens
Mavorte Galli contudit impetus,
Nubeſque dementem ruinam
Depulit imperio minantes.
Domi vigebant aurea Copia,
Caſtique mores, non populum furor
Miſcebat amens, ANNA pace
Omnia ſed placidâ regebat.
Sed cur ademptam flebilibus modis
Urgemus ANNAM? Vultus ubi tuus
Affulſerit, depellet ægro
Triſtitiam populo, GEORGI!
Adſis; timemus ſolliciti Tibi,
Siquando ventis æquora ſæviant,
Creſcente ſemper cum procellâ
Et populi pia cura creſcit.
Adſis; & aufer ſollicitos metus,
Tuiſque reddas aurea tempora,
Adſis; nec expectata differ
Gaudia, jam nimium abfuiſti.

J. Montague, Aul. Clar.

VIX dum ſedârat longos Academia fletus,
Quos fudit tumulo, Diva SOPHIA, Tuo;
Cum novus attonitas perculſit nuntius aures,
Reginam Æthereas advolitâſſe plagas.
Protinus infandos renovat Pia *Granta* dolores,
Et rurſum in lachrymas ſolvitur *Alma* novas:
Ipſæ iterum tremuere intactæ Palladis arces,
Nutare & Divûm eſt Regia viſa Domus.

Mœrentes ſua plectra Novem poſuere Sorores;
Audita Aonii carmina nulla chori.
Mœſta Minerva dedit carmen miſerabile, latè
Et loca flebilibus perſonuere modis.
'Heu! quoties Britonum lætabitur invida clade,
'Proh Dolor! Angligenis, Parca, ſevera nimis?
'Non ſatis Illuſtrem modo defleviſſe SOPHIAM?
'Annis ſufficeret pluribus Iſte Dolor!
'Illam animi egregiæ dotes, & gratia linguæ
'Eloquio Superis fecerat eſſe parem.
'Speravi Capitis tam Chari funere, Divas
'In Nos crudeles jam poſuiſſe minas.
'Ecce alios ducunt majores Fata Triumphos,
'Æternum luctus & renovare jubent.
'ANNA, STUARTIADUM Suprema & Maxima Proles,
'Deliciæ Divûm, Gentis & Orbis amor,
'Occidit. Illa armis Ingenti major ELIZA,
'Et Vultu MARIÆ & Moribus æqua fuit.
'Summe Pater, Cæli qui nutu concutis arces,
'Quid juvat Æthereo lumine poſſe fruî?
'Quid juvat Auguſtis Divorum accumbere Menſis,
'Atque ſalutari Filia Magna Jovis?
'Si doleam æternum crudelia Fata Mearum,
'Et Numen plorem nil valuiſſe Meum.
Plura fuit dictura dolens; Cum Nube ſerenum
Exeruit nitidâ Frater Apollo caput.
'Siſte pios (inquit) fletus, nec perge querelis,
'O Soror, horrendis inſimulare Deos.
'Nec Pater Ipſe ſuum potuit revocare WILHELMUM,
'NecVenus Alma tuum dulce, GLOVERNE, caput.
'Si Lachrymæ atque Preces inflectere Numina poſſent,
'Crediderim Veſtras hoc potuiſſe preces.
'Quin ceſſes; Cælos meruerunt candida Morum
'Simplicitas, Virtus Inclyta, Sancta Fides:
'ANNA ſuas petiit ſedes, cognataque Divis
'Diva inter Magnos Maxima ſedit Avos.
'Nec Te ſollicitam tangat pia cura Britannûm,
'Sunt curæ Summo Sceptra Britanna Jovi.
'En! penitus Cælo dilectus navigat æquor,
'Felici curſu littora Veſtra petens,
'Quem Superi pluſquam ſarcire priora STUARTÛM
'Vellent Illuſtris maxima Damna Domûs.

'Hic

DEFLET & GRATULATUR.

‘ Hic Felix Sobole, Quæ vultu & pectore reddit
‘ *Aſcanium* Puerum, NASSOVIUMque Ducem.
‘ En! Hujus, Soror, Auſpiciis Brittannia lætis
‘ Sublime ad Cælos tollet & Aſtra caput.

Carolus Thomas, C. C. C. Alumn.

REGINÆ cineres mœſtis pia Muſa querelis
Deflet, & attonitus triſti formidine *Camus*
Volvitur, & Dominam luget Pater omnibus undis.
Jamque adeo primum, *Britones*, tua cura, dolori
Indulgent, & anhela trahunt ſuſpiria luctu,
Dum, lachrymâ propiore, Tibi, *Regina*, fatentur
Fœmineos devicti animos, & non ſua corda,
Corda *Gradivum* olim, & patrias ſpirantia quercus,
Funere fracta tuo, Charum Caput! Undique templa
Næniaque, planctuſque, & inania vota fatigant,
Surda nimis, Mœrorque ingens advolvitur Aſtris.
At vives tamen uſque tuorum in pectore, vivent
Virtutis monumenta tuæ, laudiſque triumphi
Pacatæ, ſacro & creſcentes vertice laurus,
Materies æterna modis, famæque futuræ.
Quo feror? ah! niveos vixdum decurrere menſes
Vidimus, armorumque minæ, bellique tumultus
Undique diffugêre, quies vixdum aurea lætos
Auſpiciis, *Regina*, tuis afflârat honores,
Pacificiſque ſacra exardent altaria flammis;
Poſcimur in gemitus, felicemque inter *olivam*
Surgere iniqua ſuas vidit *Libitina* cupreſſus.
Credidimus miſeri, luctû Parciſque litatum
Sanguine Regali, nuper cum debita Sceptris
Dextra cadit; raptæ lugubria fata SOPHIÆ
Credidimus placâſſe animis cæleſtibus iras;
Cum lachrymæ rediêre novæ, nova crimina fati
Sollicitant, iterantque recentia vulnera plagis;
Et tu., quâ leviora forent vel fata *Glovernî*,
Quâ Divos toties, & avarum abſolvimus Orcum
Sofpite, fortunæque minas, tua, Maxima Princeps,
Adfligunt, propiuſque animos tua funera tangunt.
Hoc erat, ô Superi, placidis tandem affore rebus

Perpetuos Soles? *Pacem*, & ſine nube ſerenum
Sic ſperare datum? Sævas hoc munere lauros
Horreat, infidamque Britannia damnet olivam.
Quin cadit, & læſus ſua dona repoſcit *Olympus*;
Fatalis Princeps cadit hoſtia. — Parce querelis,
Anglia, parce metû: Satis ah! nimiumque dediſti:
Non tanti *Pax ipſa* fuit.
En tandèm, *Angliaci*, facili fluere omnia curſu
Concedunt Superi: *& nos hæc ſuprema manebant*
Exitiis poſitura modum: Tuque, altera Gentis
Spes Britonum Fatique labor, jam deſine luctûs
Emeriti, patriæque ſepultas erige vires.
Pallade ſic raptâ, major ſuper *Hector*, & ingens
Gloria Teucrigenûm. — Pete debita regna per undas,
I decus, I, noſtrum: exultantia pondere ſacro
Cærula lene tument: populi Tibi militat omnis
Aura Tui, Zephyriſque fideles ventilat alas.
Tuque ô ſidereis nova deſpice ſedibus hoſpes,
Deſpice, Sancta Parens, languentia corda tuorum;
Dumque tuum Sydus placido *Venus aurea* cælo
Exeris, inſolitum videas *luceſcere ſolem*,
Omniaque aſpirare novo vernantia luxu.
Adſis o! faveaſque, *Pater* dum flumine *Camus*
Lenito, croceis ridens ſibi cornua ſertis
Innectit, feſtoque vacat tua Granta Triumpho.
Jam vox una, *Venit*; delapſaque lora potenti,
Imperiique apicem, & decus inviolabile Sceptri,
Submittit tractanda manu, læto omine ſurgens
Anglia; ſpirantemque iterum ſibi ſpondeat ANNAM,
Et ſine nube dies, & non ingloria Pacis
Otia, ſedatoque æternos orbe Triumphos.

Johann. Bull. Coll. Emman.

Ad

Ad Reverendiſſimum in Chriſto Patrem Archiepiſcopum EBORACENSEM *è Regentium Concilio.*

QUALIS in Ægæo, nimbis tollentibus æquor,
Luctus ubique, metuſque, & plurima mortis imago:
At poſtquam nautas ventus cum Sole reliquit,
Syderaque è tenebris clarum diſpergere lumen
Cœperunt, Venus, & Caſtor, geminique Triones,
Et Phœbi radiis obnoxia Luna tumentes
Compoſuit fluctus, ac marmora ſtravit aquarum;
Omnia tuta ſilent: ſimul ipſa Silentia terrent.
Talis, dum Regina gravi convulſa Dolore
Ingemuit, Populorum Animos circumſtetit Horror;
Cum tamen atra Dies & inexorabile Fatum
Europæ magnum Solem extinxere: minores
Emicuere Ignes, Regnantûm lucidus Ordo;
Et ſpargunt Orbem radianti Luce Britannum
Talbottus, Seymorque; & Tu quoque, *Maxime Præſul*,
Quem pia Muſa colit, metuens peccâſſe colendo;
Tu Stellas inter reflexo Lumine fulges
Luna, & Templa tui Radiis decorata fatentur
HANNOVERUM Jubar, & nondum orto Sole caleſcunt.
Te, *Pater*, illachrymans, Te Majeſtate verenda
Triſti ſic viſa eſt affari Eccleſia Mater.
Solamen miſeris, ſed inops Solaminis ipſa
Ad Te confugio, è Natis mihi maxima Cura,
Indultamque aliis ſibi poſtulat Ara ſalutem:
Felix, heu nimium felix! dum Sceptra tenebat
ANNA, Parens Patriæ, Britonum juſtiſſima Princeps,
Euſebiæque ſuæ dulcis Tutela: ſed Illam
Fata trahunt.—Decus I noſtrum; per amœna Piorum
Concilia Elyſiumque tuos tibi quære STUARTOS.
——Quin Tu, qui Sedes ſacras Tituloſque recentes
Exornare paras, Opera interrupta relinque,
Et repetens Urbem cæcos compeſce Tumultus,
Atque leves Iras in aperta tumeſcere Bella
Imperio prohibe, Dictis fera Pectora mulcens:
Tu mea Roſtra ſimul ſcandas, *Mitrate Sacerdos*;
Erigit ad Cælum tacitè præſentia Corda
Molle fluens Verbum; dum circumfuſa ruit Plebs,

Atque avidè dulcem pronâ bibit Aure Salutem.
Quare age, rumpe Moras; Mandata capeſſe GEORGÎ,
Et tibi commiſſum Regnumque, Fidemque tucre.

Johannes Thomas, A. B. Aul. Cath.

In Reginam Mortuam.

QUÆ bellando Salus Patriæ fuit, atque Triumphos
Ducendo nobis otia grata dedit,
Nunc opus exegit: digna exit plauſibus; ANNÆ eſt
Plus voluiſſe ſuis, plus potuiſſe Deæ.

T. Stephens, Chriſti Collegii
Socio-Commenſalis.

ΔΕΥΘ' Ἑλικωνιάδες, φόρμιγγα ὃ μὴ φορέοιτε,
Ἦ κεν Ἀπόλλωνι γλυκερῇσὺ ὑμνείατε μόλπῃ,
Ἀλλὰ γ' ὀδυρομέναι γοερός μοι ἐνίαπτε ἀοιδὰς,
Αἷς ὀλοφύρωμαι μοίρῃσιν ἐξαιρέτου ΑΝΝΗΣ,
ΑΝΝΗΣ, τῆσὺ τ' ἀρετῆσὺ θ' ὑπερόχου ἀνδρῶν
Γειναμένης πάντων, θ' ἁπασῶν θηλυτεράων.
Τῆσὺ μὲν ἀφῆρπαν δεινῶς αἰψηρόκελευθοι
Κῆρες, ἐπὶ Βρεταvοῖς δ' ἄσβεσον πένθος ἔθηκαν.
Παμπόλλοις Βρεταvοῖς θρηνητέα κάτθανεν ΑΝΝΗ,
Οὔτινι δὴ μᾶλλον θρηνητέα γ', ἠέπερ ἀγνῇ
Μητέρι Ὀξονίῃ, θ' Σοὶ, μάλα πότνια Γεραίνη·
Κλαίετε τὴν ΑΝΝΗΝ, ναίοντες ἐπ' Ἴσιδος ὄχθας
Μυσοπόλοι, ἐπὶ θ' Κάμυ ἱεροῖο ῥεέθροις,
Κλαίετε τὴν ΑΝΝΗΝ, ἀδίκως οἰκτρῶς τε θανοῦσαν.
Κλαύσαντες δ' ἱκανὸν γ', ἄρχεσθε ΓΕΩΡΓΙΟΝ ὕμνειν,
Ὅσις κοιρανέῃ Βρετανοῖς Πειθοῖ ΑΝΝΗ,
ΑΝΝΗ δ' ἦε Θεοῖς Πειθὼς Ἀθανάτοισι.

Joh. Price, A. B. C.C.C.

JAM

DEFLET & GRATULATUR.

JAM Te Reginam luget Brittannica Tellus
Morte repentinâ (ſic Dî voluiſtis) ademptam;
Jam Gentes aliæ longè lateque remotæ
Tam chari Capitis vix heu! reparabile damnum
Deplorant, & Vos, crudelia fata, queruntur:
Jam nec Granta genas lachrymis implere recuſat,
Nec ſacros Cineres triſti celebrare Camænâ;
Hæc pia facta Tui poſcunt, hæc Regia Virtus,
Multum chara domi populis, foris, ANNA, timenda:
Hoc ſemel Ipſe tuo juſſu *Marlburius* ingens
Effecit, Cui Mens fuit ad majora parata,
Sed majora dari nolles; ſat Sanguinis hauſtum eſt.
Sic Hoſtes candorem animi, mentemque benignam
Agnoſcunt, Regina, tuam, nec Te magis optant
Vincere, quam vinci.

Dum Te Reginam talem jactamus, iniquo
Fato direptam flemus: Nos munere tanto
Indigni; Tu digna Tuis nimis, ANNA, Britannis.
At Tu mœſta tuos viduata Britannia luctus
Heu fruſtrà ſqualore pio, lachrymâque decorâ,
Teſtaris veros; nihil hic, nihil illa, valebit:
Attamen hoc ſaltem poterit mulcere dolorem;
Quod novus exoritur fulgor, quod lumine ſurgit
Clara Dies, Patriæ & noſter ſua lumina Phæbus
Impertit, triſteſque jubet procul ire tenebras.
En quantus clamor, quàm totam perſonat Urbem
Lætitia, & vario feriuntur ſidera plauſu!
Nunc pleni Regem vici, confertaque tecta
Ingeminant, gratum reſonant quoque littora nomen:
GEORGIUS illuſtris regnat: Te Rege beati
Nil magis optamus Britones, nil quærimus ultra.

Chr. Nevile, A. M. Coll. Magd. Soc.

שיר אבל מות המלכה
ענה משיח יהוה
ומהלל לאלהים
הממלך מלך לעמים

בכה נפשי פלגי מים
ספרו כל יושבי האיים
כמו קונן דויד איתן
על הקינור יהונתן
מתאבלים תתאבלו
על מור המלכתנו

ביהוה שמרו צדיקים
והרנינו כל הטובים
הנה עקב בוא מלכיכם
מאשר האל אמרכם
שבט לא יסור מביתו
בעורף איביו ידו
ארור האנוש ארורו
וברוך הוא מברכו

היו עיני הארצנו
על סופיה ותחבנו
שנחיה כל במלכותה
אך תוחלתנו נכזבה
ונודע לנו במותה
שבנדבים אין תשועה

ברוך יהוה אלהי
אשר נתן לראות עיני
כל הגוי מלך היום
על כסא יושב בשלום
בעתו המלך באתה
שלם לנו לשמור חפשה
לחשא גוי מרע דם
אשר נגר בעד העם

הלא מור נשיא אתר
אשר לנו מקוה שרד
ימצא על חטאותינו
לכפר כל הארצנו
אבל אל לקחת לך
מלכתנו משיחך

צלחה רוח יהוה
עליך רוח גבורה
עצה כל איב לקום
כי הדם אחוה תורסם
כך יעבוך כל עמים
ישתחוון לאמים
כך במלכך לנצח
מור המלכה תשכח

אל באשקלון תגידו
ובגת אל תבשרו
בדמעות עיני בלה
אם לא לטובה תשבה
אלהים חנון ועליך
הפוך אנינו לששון

אל יהוה צבאות הוא
במי מלכים ימלכוא
יעש אשרי מלכותך
ים ביום לקצ חיך
רבים מנשמי ברכה
אשר הדביתנו עתה
ויסיף עליך ימים
שנותיך לדור דורים

שמע אלהים אפך
עוד אל ידר בעמך
כי אם כלנו מחונך
ברכת למלך אמן

Alured Clarke, C. C. C. Alumn.

Si non Mos lachrymas ſolitas, & funebre Carmen
Poſceret; hos ritus & amor, Pietaſque Tuorum,
Virtuteſque tuæ ingentes, Regina, juberent,
Hoſce ſacro Cineri ſupremos ſolvere honores.
At quam tarda fluunt invitaque carmina, cum Te
Flemus, Te querimurque ut inexorabile Fatum
Divulſit nobis, inopino & funere merſit?
Nil noſtræ valuere preces, Medicive potentes
Arte ſuâ poterant properantia fata morari;
Nil Capitis Divinus honos, Sceptrique potentis
Majeſtas, nil Te Cælo notiſſima Virtus
Tutatur, ſubitamve poteſt avertere mortem.
Profuit ah! Tibi quid gentes domuiſſe ſuperbas?
Quid Bello populos exhauſtos Pace beáſſe?
Si ſic trux Libitina jubet deponere Belli
Felicis Laurus, atque almæ Pacis Olivas,
Funereâque caput flendum vincire Cupreſſo.
Spes quantas (eheu vanas) concepimus? at Te,
Te poſt tot Natos, poſt tot Nataſque peremptas
Parca rapit!—jamque heu! periit Genus omne STUARTÛM:
Nec Tibi nec Nobis ſupereſt jam Nominis Hæres,
Qui nunc excipiatque & Avitum extendat honorem.
Tu moreris, noſtras Tecum triſteſque ſub Umbras
Spes trahis, & nos pœne ipſos unâ obruis Urnâ.
Tu Solus, Rex Magne, potes lenire dolorem
Languenteſque animos attollere, Sceptra Britanna
Solus ſuſtentare, ANNÆ & ſuccedere dignus.
Te nempe edocuit longa experientia regni
Artem difficilem Imperii; non lubrica rerum
Te momenta latent; didiciſti cautus ab annis
Tu regere imperio populos; & flectere mentes
Et premere, & laxas dare non indoctus habenas.
Longum eſſet memorare tuos, Rex Magne, Triumphos,
Virtuteſque tuas, & avitæ gentis honorem.
Principe Te, quid non felix Brittannia ſperet?
Aſpice lætitiam diffuſaque gaudia Gentis:
Te Plebs, Te Myſtæ, Procerum Te nobilis Ordo,
Totaque ſollicitis Te poſtulat Anglia Votis.
Aſpice Vicinæ gratantur ut undique Gentes
(Inter quas en! jam non ſemper falſa reperta
Gallia) certantes veſtros augere Triumphos.

Læta quidem hæc rerum facies; ſed damna, GEORGI,
Te tangunt propiora domi: Dilecta SOPHIA
Mater adhuc ploranda manet, ploranda per omne
Ævum: Quam mite ingenium, moreſque benigni
Reddiderant cunctis charam, cunctiſque dolendam.
Te vivente, tuam at vix ſentit abeſſe Parentem
Anglia, deponit luctus: Tuque, Optime Princeps,
Jam depone tuos, vultus nunc exere lætos
Optanti populo; veſtræ ne Nubila frontis
Importuna, tuæ turbarent gaudia Gentis:
Omnia lætitiam reſonent, multoſque per annos
Sis populo, populus ſit Te ſub Principe felix:
Et cum jam tandem ſerus conceſſeris almæ
Naturæ, Patris ſibi debita Sceptra capeſſat
Natus, non Virtute minus quam ſanguine Natus;
Auguſtum in multos nomen qui proroget annos,
Feliceſque regat patriâ Virtute Britannos.

Hen. Jones, Coll. Regal Alumnus.

ERGO piis Precibus quæ Templa implere ſolebat,
Et patrio ſuffulta Throno dare Jura Britannis;
Auſpice Quâ, quoties contra Agmina denſa Virorum
Pugnatum eſt, toties victos audivimus Hoſtes;
Quæ dedit Angligenis optatâ Pace potiri,
Divinam Hæc Princeps Animam exſpiravit in auras!
Non precioſa ſuos nôrunt Diademata Reges
A Parcis prohibere; nec ingens Gloria Belli;
Nec Pietas valet ipſa moras innectere Fatis,
Æternus quorum eſt & ineluctabilis Ordo:
Ipſi ANNÆ quoque erat Merces ſolvenda Charonti.
Dicite quas Sedes ſibi poſſidet ANNA ſub Orco,
Quæ virtuti Ejus Sors eſt data, dicite Muſæ;
Nam vobis reſerata fremit ſub Cardine aheno
Janua Tartarei Jovis, ire redireque Vobis
Quà licet, & tenues Animas cognoſcere inultis.
Egreſſam Cymbâ, Greſſuſque ad Mænia Regis
Tendentem procul aſpexit, Frontemque ſerenans
Rex accedentem compellat talibus ANNAM.
Nunquam oras tetigit magis inclyta Fæmina noſtras,
Vel cujus transît toties repetita per Aures

Laus

Laus noſtras, Ipſa ætheriâ dum veſcitur Aurâ.
Polus, Moſcus, Arabs, & arans ſub Sidere Cancri,
Huc qui commigrant morientes undique, noſtrum
Indus uterque ſuo complêrunt Nomine Limen.
Hos ergo (neque enim minus, O Regina, mereris)
Virtuti, Factiſque tuis tribuemus Honores:
Quin ſume has Vittas, ſemperque virentis Olivæ
Serta hæc, & Capitis circum geſtamina ſunto;
His te diſtinctam cernent: poterit Locus eſſe
Siquis in Elyſio ſummus, tu ſola tenebis.
Præterea ne ullæ ſtimulent Præcordia Curæ,
De Populo Brittanno, & Succeſſore relictis,
Hoc Solamen erit: Fatorum Arcana recludam,
Et quæ utrumque manent felicia Tempora dicam.
Magnus ab HANNOVERA venit Ille GEORGIUS, olim
Cui deſignâſti Solium, Britonumque Coronam:
Non Illo vel Sceptra movet prudentior Unus,
Vel, Te defunctâ, jam vivit juſtior Alter.
Quis magis ergo tuis dignus ſuccedere Regnis?
Dignus, promiſſum cui præſtet Frater Honorem
Neptunus? promiſit enim ſedare ſuperbos
Fluctus, Æolio concluſis Carcere Ventis;
Exceptumque Maris Dorſo, levibuſque Carinis
Stipatum Albionis tutum tranſmittere ad Oras:
Cete, Nymphârumque Choros longo Ordine nantes
Tritonaſque ſuos, vult & ſe jungere Pompæ.
Anglia regnantem inconcuſſo Jure videbit:
Fruſtra obnitetur, Regis qui Nomina geſtat
Ficti, Animo intentans, defectus Robore, Vires.
Hæc, & plura nimis dictu prolixa, revolvit,
Nam prius obductâ nutarent omnia Nocte
Quam, quod erat reliquum, poſſet narrare: quievit
Tandem facto Fine. A Dite averſa receſſit
Regina, & ſequitur Veſtigia nota Piorum:
Undique conveniunt Umbræ, & mirantur euntem
Ad fortunatos Saltus, Sedeſque beatas.

Edvardus Hubbard, Aul. Cath. Alumn.

OBRUIMUR longo, defunctâ Principe, luctu,
Quâ vivâ, nunquam viſus in Urbe dolor.
Ad tumulum Verſus portamus, inania Dona,
Debita ſed Cineri non minus illa pio.
Reginam hæ Lachrymæ, Plauſus Te, Maxime GEORGI,
(A parili veniunt quæ Pietate) manent.
Diverſi affectus bene commiſcentur in unum,
Nec noſtra hæc torquet Pectora Cura duplex.
Ipſe jubes, Populus Reginam ut ploret ademptam,
Utque tuo Adventu gaudeat, ANNA jubet.

Joannes Carter, Trin. Coll.
Socio Commenſ.

על מות המלכה זלה"ה פיוט קינה
ושיר הברכה על קרבת גאורגיוש לממלוכתיה:

ש"ק

הה איכה שמחה לאבל
ואיכה חדוה לתוגה
ואבלו אמנם הגוים
על מות המלכה הטובה:
בעוד חיתא המלכה היא
קדושה ישרה תמה
מתהלכה בחכימותא
בת גניסן גם חסודה
ותפל נא מלכתנו
והוד נפל וגדלה
לכן כל האמים ספדו
יודעי שמה נדו לה
הילילו יושבי ארץ
כבודכם הסר יהוה:

מעתה שנות גילו גיל
כי חדשה בוא תנחומה
כל יומי חייכם גילו
המלך לנו לישועה
הדוא חמד כל הטובים
והיה להם לחפה
ידוי למען המלך
ידא חיים וארוכה

Luc. Imber, Aul. Trin.
ERGO

ERGO STUARTAM jam ſopor occupat
Perennis? (ingens proh dolor!) occidit
Spes omnis, & Fortuna gentis
Angliacæ, moriente Divâ.
ANNÆ diebus Relligio arduum
Latè nitentem tollere verticem
Solebat, erexitque Terrâ
Ingrediens Caput inter Aſtra.
Dum Templa ſtabunt, quæ nova condita,
Jubente Reginâ, Populus frequens
Dum ad Vota decurret precéſque,
Nomen Honóſque manebit ANNÆ.
Quòd juncta in unum Regna Britannica,
Quòd Bella ceſſant undique Martia,
Pax Læta quòd vultu Sereno
Viſit humum properante pennâ;
Regina, totum muneris Hoc Tui eſt:
Tu militâſti Fœmineâ Manu,
Et cuncta Terrarum ſubacta;
Ipſa etiam Lodoicis Arma.
Dilecta Cælo, cùm nihil amplius
Rogare poſſes, nec Deus Optimus
Donare jam Terris moranti,
Omnipotens dedit Aſtra donum;
Sedem beatam! quò MARIA eſt Soror,
Cum Prole multâ quò Vir amabilis;
Quos ANNA nunc inter recumbens,
Imperio meliore gaudet.
Depone curam, & diſce, Britannia,
Jam ferre ſortem (dura licet) Tuam;
En GEORGIUM externâ profectum
Gente, decus columénque Veſtrum!
Venit, venit ſecura per æquora;
Nec fert, timétve hic ulla pericula,
Et Diis amico, Patriæque,
Dorſetio comitante Regem.
Dorſettus olim Fata Glovernii
Puer canebat Carmine lugubri,
Nunc Tanta, præſenti per Illum
HANNOVERO, reparata damna.

Nil GEORGII non efficient manus,
Quem ſic tegebat Numine Jupiter,
Ut Terra nec lædat nec Unda,
Angliacas venientem ad oras.
O Navis Argô Nave beatior,
Regem vehebas quæ Tibi creditum;
Diù audias HAN'VERA, tandem
In ſuperas abitura Sedes.

Ad Honoratiſſimum Comitem de Dorſet & Middleſex.

DUM, *Dorſette*, ANNAM, damnum irreparabile luges,
Gloverni ante Oculos dum ſtat imago Tuos:
Anglia Te medio ſic interfata dolore eſt,
HANNOVERUM properans huc citò ſiſte Ducem.
Effugiunt Curæ, vultum Spes mira ſerenat,
HANNOVERI audito Nomine, lætus ovas.
Iſque redíſque Viam; Rex eſt allatus in Urbem;
Gratia quanta Tibi eſt debita? quanta Jovi?
Hoc Unum Factis magni præferre Parentis
Fama poteſt, licet hic Cæſarianus erat.
Cum Turbâ Hic Regi venienti occurrit ad oras;
Tu ſolus Regem per Mare Claſſe petis.

Robertus Parran, S. T. B. Coll. Trin. Soc.

NE prædam abreptam, bello ceſſante, queraris,
Invida mors, noſtris non ſatianda malis:
Effudit Regina Animam, præda omnibus iſtis
Quas dederat bellum, gratior una tibi.
Cùm Regem amiſſum deploret Roma, Quirinus
Depoſcit cultum (viſus adeſſe) Dei:
Ingrati fugiunt Populi de pectore luctus,
Surgit & in laudes Numinis ara frequens.
Nos ANNA edocuit vanos fore mortis honores,
Et minus eſſe coli, quàm coluiſſe Deum.
Extruxit (pietate inſignis) plurima Templa,
Tam placitura Deo, quam monumenta ſui.

Dum

DEFLET & GRATULATUR.

Dum foret in terris, dum tutaretur Avorum
  Regna, dies populo non niſi læta fuit.
Ne nimii ſubeant jam, ſe moriente, dolores,
  Solamen nobis prævia cura tulit.
Illius auſpiciis noſtras venit Hoſpes ad oras
  GEORGIUS, & luctu corda vacare jubet.
Aſpice, ut aſſumpto lætetur pondere navis,
  Mitior & Dominum noverit unda ſuum.
Nulla adverſentur ventis ſuſpiria amicis,
  Quò minus eſt gemitûs, ociùs Ille venit.

L. Thomſon, A. B. Coll. Trin.

ERGONE fati dura neceſſitas
  Tam dulce nobis eripuit Caput?
Nec vota cunctorum, cadentem
  Nec Pietas ſua texit ANNAM?
Eheu! quid ætas fecimus improba?
Heu! quid nefandi, quid ſceleris novi
  Commiſit infelix Britannus?
Cur Superi meditantur iras?
Lætos, futuri nil metuens, dies
Speravit olim, ſemper & aureos;
  Florente per terras Olivâ, &
Compoſito lituûm fragore.
Nunc luctus ingens, & querimoniæ
Vicos per omnes flebiliter ſonant;
  Heu! grandis Europæ Voluptas,
Non iterum rovocanda, fugit.
O Diva, ſævo læta negotio,
Fortuna! nunquam ludere deſines?
  Ergone Brittannos recentes
Uſque ſupervenient dolores?
An una Princeps non tibi ſufficit
Abrepta? an aras imbuet altera?
  Tutela Regni ſic peribit
Præcipiti nimis ANNA fato?
Utcunque tecum conſtituas, tamen
Mox & dolores exuet Albion,
  Et GEORGIO regnante, ſoles
Aſpiciet melius nitentes.

Redire fauſtos jam video dies,
Et læta rurſus currere ſecula,
  En! civium inſanos furores
    Compoſitos, odiumque ſævum
Alte ſepultum; jam niveis Amor
Exultat alis: Dî Tibi ſcilicet
  Feliciter, GEORGI, dederunt
    Imperium & populum tueri.

Edv. Capper, C. C. C. Alum.

HEU miſeri cives! Heu mœſta Britannia! ſævas
Cladibus exſtructas clades, denſataque crebris
Funera funeribus conſpeximus: Anglia plores,
Occidit Illa Tui Cuſtos fidiſſima Princeps,
Occidit, orbatum Regnumque Parente reliquit.
  O ſemper damnata pati fata aſpera virtus!
Cur tantum licuit vobis audere, Sorores,
Cur tam crudeles optâſtis ſumere pœnas?
Invida Mors totum confecta duella per Orbem,
Hoſtileſque acies æterno fœdere nexas
Vidit, & Authorem crudeli funere merſit.
Eheu! Quam nuper venales ſanguine laurus,
Et parti ornabant felici Marte Triumphi,
Funereæ decorant corpus ſine nomine frondes.
  At longo tandem Te ſolve, Britannia, luctu,
Et diſce afflictis melius confidere rebus.
Scindit ſe nubes & ſplendet purior æther
Adveniente Viro, quem tota Britannia votis
Expetit, atque ardet Solio ſpectare repôſtum.
Lætum omen! volitat ſecura per æquora Victor,
Angliacoſque ſubit portus: ſurge, Anglia, contra
Gratatum, Tuus en Princeps venit! Impia Bella
Illius adventu placidè ſopita quieſcunt,
Compoſitiſque ferox veneratur Gallia telis.
  En frendet, vanâ deluſus imagine Regni,
Suppoſitus Puer! En priſcas inglorius artes
Exul, inops damnat, fictoque ſuperbus honore,
Atque Deos atque Aſtra vocat crudelia: Demens
En perit!—
  Atque O! quam lætus ſec'lorum naſcitur Ordo!

Pura

DEFLET & GRATULATUR.

Pura nitet Pietas, & læto ſplendida cultu
Relligio; non Papa minax atrocia ſpirat,
Accenditve novas turbas Fanaticus Error,
Bello & Pace potens Princeps moderatur habenas,
Qui verâ Pietate ornat, quos protegit armis.

J. Baker, Coll. S. Pet. Alumn.

ΠΕΝΘΕΙ ἀτλήτῳ πεπιεσμένῳ ἄπολε φωνὴν
Μουσάων ἐγερῶ· ὑψηλὰ ϗ ἡδέα τέρπει
Μύσας, ὐδ' εἰπεῖν θρήνους ϗ κῆρα θέλγειν.
Εἰ Ἄ ΝΝΗΝ εἴπης, εὐθὺς κλείουσιν ἀγακλεῖς
Νίκας, Ἀγλιακῶν θ' ἡρώων φαίδιμα ἔργα,
Εἰρήνην τε καλὴν, Ἄ ΝΝΗΣ ἐεικυδέα δῶρα·
Οὐ τέθνηκεν, ἑρῦσ', ὐδὲ θνητὴ καλεέσθω
Ἥς ὄνομ' ἀθανάτοις ἐπέεσι κεκλείκασι Μοῦσαι·
Ἣν δ' ἐντὸς Μουσῶν λυγρὴν σιωπήκαμεν ὠδὴν,
Οὐκ ἀδίκως ἐχέτω τίτλον ϗ ὄνομ' Ὀνείρου.

ΟΝΕΙΡΟΜΑΝΤΙΚΟΝ.

ΝΥΞ ἤδη σκολόεσσα μέσον πορσεβήσαι' Ὄλυμπον,
Κήδεα δυσήνων τ' ἀνδρῶν κατεκοιμήθησαν
Ὕπνῳ ἐνὶ γλυκερῷ· ὅτε ταύτῃ θεῖος ὄνειρος
Μαντοσύνῃ μοι ἐφῆκεν· ὄνειρον δ' ὐδὲ βέβηλος
Τίς πολε χλευάζῃ· ΚΑΙ ΓΑΡ Τ' ΟΝΑΡ ΕΚ ΔΙΟΣ ΕΣΤΙΝ.
Ἔσην, ὥς μοι ἔδοξεν, ἐν ἄλσεϊ δενδρήεντι,
Ἐν ᾧ μέσῳ δένδρον τι καλὸν ϗ ὑπείροχον ἄλλων
Εἰσόρεον, πόρρω χρυσέοις ὄζοισι φαεινόν.
Πολλὸν ἀναπλόμενος χρυσαυγῶν κάλλεϊ φύλλων
Αἶψα πορσαρπάζω ὄζον, ϗ αὐτίκ' ἀκούω
Φωνῆς, δεῦρο πάροιθ' ἔρχευ, αὕτη ὁδός ἐστιν.
Ἔκθαμβος μάλ' ἔην, ὑπό τε τρόμος ἔλλαβε γυῖα·
Οὐ μιν ὀρανίῳ θέμις ἐσ' Ἅιδαν ἀπειθεῖν·
Ἕσομαι ἦν θεία φωνῇ, ϗ ἐπ' ἔκαδον ὕλης
Αἰδοίαν ἱέρειαν ὁρῶ ἐμοὶ ἀντιόωσαν,
Ἥτις μοι πόρρωθεν ἔπος τ' ἔφαι' ὀνομ τ' ὀνόμαζε.

Χαῖρε ξεῖν' ἀγαπητὲ Θεοῖς· σοι μοῖρα δέδωκεν
Ὄζον χρύσειον, ϗ Ἠλυσίῳ πεδίοιο
Χῶρον ἰδεῖν ἔπι ζῶνθ', ἔδρας τε ϖειπλανάαδς
Ἡρώων νεκύων· αὐτὴ δ' ἔσομαί σοι ὁδηγὸς,
Ὡς πάλαι Αἰνείᾳ· ἐμὲ δὴ καλέουσι Σίβυλλαν.
Ὡς ἔφαθ', οὐδ' ἀπίθησα Θεᾷ, ἑπόμην δ' μάλ' ὦκα,
Ὄζον ἔχων ἐν χερσὶν· ἰδ' αὐτὸ κινηθέντϖ
Ἔνθα πύλη Ἐρέβους ἀπεχάζετο ϗ ἀνεῴχθη·
Καὶ ἀνὰ δῶμ' Ἄϊδος λυγρὴν καταβαίνετον ἄμφω·
Πανταχόθεν βασανιζομένων μιαρῶν ὀλολυγμοὶ
Ἐμβάλλουσι φόβον μοι ἀθέσφατον· ὑνόμαδ' ἀνδρῶν
Πόλλ' ἐκφωνεῦν ἄγνως, ἅἷω δ' μετ' ἄλλων
Ῥαυιλληϊχίου, Γυρνείου, ϗ Κερμυέλλου,
Οἳ ἱερὸν χέον αἷμα διοτρεφέων βασιλήων.
Σπευστέον, ὦ ἱέρεια, ἔφην, χώρας διὰ ταύτης
Δυσυχέος, μακάρων εἰς ἤσυχα δώματα ψυχῶν·
Καρπαλίμως ἐνταῦθα διέστυτο δῖα Σίβυλλα·
Ἐξαπίνης δ' ϖρὸς Ἠλυσίῳ ἀδαμάντινα τείχη
Ἐρχόμεθον πεδίοιο θύραν ἄῤῥηκτον ἔχοντα.
Στῆ τότε ϗ ἀπέβλεψε Θεὰ, ϗ ἔλλαβεν ὄζον
Αἴσιμον, ᾧγε θύραν πλήσῃ· θύρα ἣ ἐτετλήκει
Ἰσχὺν ἀκινήτως ἢ χαλκῷ ἢὲ σιδήρῳ,
Οὐκ ἔτλη χρυσῷ δμώαμιν ϛ ἐπείθετϑ χρυσῷ.
Ἔνθ' ἐρατεινοτάτῳ λιπαρὴν πέδον Ἠλυσίοιο
Μακρὰν ἐκτέταϑ, ὅθι ναιετάουσιν ἀγαυοὶ
Ἥρωες, μυθόν τ' ἀρετῆς ἄφθαρϑον ἔχουσιν.
Ὡς ἔσην ϖερισκεπόμενϑ ϖεδίοσω ϗ ὀπίσσω,
Πολλοὶ ἔνθα ϗ ἔνθα ἀρίσῆες ϖεῖῆλθον·
Τρεῖς δ' ἴδον, οἳ δάφνῃ κεφαλὴν ἐζωσμένοι ἦσαν·
Οὗτοι μὴ τίνες εἰσὶν, ἔφην, Αἰδοῖα Σίβυλλα,
Οἳ δάφνης ἔλαχον τιμὴν ψυχῶν ὕπερ ἄλλων;
Οὗτοί, φῆϛ Θεὰ, Μουσάων εἰσ' ἀκόλουθοι,
Οἳ ἄλλων θεία ἐπιφημίζοντες ἀοιδῇ
Μνήμην, ἀθανάτου τε ϗ αὐτοῖς ὄνομα λεῖψαν·
Αὐτῶν δ' ϖρώτιϑ ἰδ' αὐτόθι βαίνει Ὄμηϑ.
Ὡς ἄρ' ἔφη· θυμὸς δέ μοι ἐν στήθεσσιν ἐνῶρτο
Μάντιν ἐπιγνῶναι ἐϊκυδέα, ϗ σὺν μιλεῖν·

Καὶ

Καὶ τάχα μιν ϖϱοσιὼν ἔπεα πτεϱόεντα ϖϱοσηύδων.
Μάντι ἄειϱε, πάτεϱ Ῥαψῳδῶν, φίλταλε Μέσαις,
Ὃς πάλαι ἡϱώων ἦδες πολεμήϊα ἔϱγα,
Νδν μετάβαλλε μέλϴ, κ᾽ ἄλγϴ ἄειδε Βϱεταννῶν
Λυγϱὸν τ᾽ ἄτλητόν θ᾽ ὅσον ϗ πεὶν ἔθνϴ ἐπῆλθε.
Σϐέννυ᾽ Ἀγλιακὸν φέγος, τέθνηκεν Ἄνασσα
Ἄ ΝΝΗ, ἧς μείζων σκῆπτϱον βασιλήϊον εἶχεν
Οὐδέποτ᾽, ἢ ὄλϐον λαῷ ἐπεθύμεε μᾶλλον·
Ἢ φόϐον ἐν πολέμῳ ἐχθϱῇς, τιμιώ τε ϖϱοσῆγεν
Ἀγλοῖς, ὥϛε τὸ αὐτὸ ἕλειν νικᾶν πολεμεῖν τε·
Ἧτε κ᾽ εἰϱεώνης ἐϱατεινῆς ἥσυχον ἦϑϴ
Ἐξ ἴσϗ κόσμησεν· ὅσ᾽ οὐκ ἐλπίζομϐ Ἄ ΝΝΗΣ
Ἀϱχόσης, ἐτέων τε πόσων ὑπακϗέμϐ Ἄ ΝΝΗ;
Νήπιοι, ἑϐδαῖον νόμον αἴσης ϗ ϖϱοιδόντες.
Εἰ ἦ ϑεοφϱοσύνη Ἄ ΝΝΗΣ κ᾽ μυείαις εὐχαὶ
Βϱεπαννῶν μοῖϱαν κωφὴν ἐδύσαντϴ ὀυσωπεῖν,
Οὐκ ἤδη νεκϱὸν ὄσαν κλαίωμϐ Ἄνασσαν,
Οὐδέ νυν ἀιάζειν δέον, ἀλλ᾽ ἔπ ζῶσαν ἔχωσιν
Ἀγλοὶ, Νεσοϱέως ἕως ἂν παϱέϐῃ ϲνιαυτός.
Ἀλλ᾽ ἄγε μειλιχίοις ἐπέεσ᾽ αἶνον Βασιλίσσης
Κλεῖε, Ὁμηϱείης ἢ ἀξία ἐστιν ἀοιδῆς.
Ὣς ἐμὲ φωνήσαν᾽ ἀπεμείϐετϴ ϑεῖος Ὅμηϱος·
Τίπτ᾽ αὖ τϋτ᾽ αἰτεῖς ποιητῦ ἄνϗα Βϱεταννῦ;
Ἄ ΝΝΗ κ᾽ Βϱετανοὶ Χαϋκήϱϵ εἰσι δικαίως
Ὠδή· οὐκ ἀλκὴ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆϴ,
Οὐδ᾽ ὅσα ἔϱγα ἔϱεξεν ἄναξ ἀνδϱῶν Ἀγαμέμνων,
Ὑμετέϱας φήμῃ Βασιλίσσης εἰκελά εἰσιν·
Οὐδὲ Μάϱων ἕτος, Ῥωμαίας φαίδιμϴ ἀϱχὸς
Μέσης, σοὶ ταύτῃ τιμιὼ, Χαϋκῆϱε, φθονήσϵ.
Ὣς ἔφαθ᾽· Ἡ δ᾽ ἱέϱεια ἀνέϛη κ᾽ μετέειπεν·
Ὑϛεϱον αὖτε μέλϴ ϑεῖον χαϱιέϛεϱον ἔσϗ·
Νδν ὃ Στϗαϱλιαδῶν ἱεϱὸν γένϴ ἦλυθεν ὧδε·
Πόσοι, ἰδϵ, Βασιλεῖς σκήπτϱοις ϲεφάνοις τε φαεινοὶ
Ἐν τάξϵ φοιτῶσ᾽; ἡ δ᾽ ὕϛαϗν Ἄ ΝΝΑ βαδίζϵ
Λαμπϱότατον πάντων σκῆπτϱον κ᾽ ϲέμνα φέϱϗσα.
Τήνδ᾽ ὡς ἓν ἐνόησα ἰδὼν ἦδ᾽ ἐγνῦθ᾽ ἱϗσαν,
Βλέμμ᾽ ἀναγνωείζω ϲεμνὸν, κ᾽ γένϵα κύψας,

Πόσος σε, Βασίλισσα, ἔφην, πόθος εἶλε Βρεττανὲς;
Ὦ ἀπαραιτήτε μοίρης. ἀλλ' εἰ θέμις ἐστιν,
Ἔξηγε, σὺ γὰρ οἶδα καλῶς, ἀτυχήμαλι τέτῳ
Ἀγλιακῆς γαίης ποίαν δῶκαν θεραπείαν
Ἀθάναλοι, πολλῶν τε δι' ἐσομβρίων ἐνιαυτῶν
Τὶς ϖεφοείζη) ἐτ' ἀδύμοις μοῖρα Βρεταννοῖς.
Ὡς ἐμὲ φωνήσανθ' ὑ πλεῖον μεῖνεν Ἄνασσα·
Αὐτίκα δ' ἐνδόξων ϖεφγόνων εἰς φῦλα πορεύθη·
Χειρὶ γὰρ πεὶν Χαϋκῆρον ἐδείκνυε, κὴ κατένευε.
Καὶ τότε πλῆκτρον ἑλὼν, ὡς ἤρξατο μάνλις ἀμύμων·
Οὐκ ΑΝΝΗΣ ἔτι κῦδος ἀείδομαι, ὄνομ' Ἀνάσσης
Ἀγλιακῆς ἄλις ἔνθα κὴ ἔνθα ϖεικλυτόν ἐστι·
Νῦν γὰρ νέον κὴ ἄπυσον ἔπω μέλϖ· εἰπὲ Μῦσαι,
Ἐσομβρίης Βρεταννῶν μυρίεια εἰπὲ μοίρης.
Τίς τ' ἄρ' ἀφ' Ἀννοβερᾶς χώρας ὀχθῶν τε Λοϊνᾶ
Σκῆπτρον ἔχων ἐν χερσὶν, ἰδὲ στέφανον Βασιλήων
Ἀγλιακῶν φορέων; ἐν πονλοπόρδισι νέεσσι
Νῦν πλέϕ· ἤσυχοι ἐς' ἄνεμοι, φαιδρῶς τε, Βρεττανοὶ,
Ὑμέτερον δέξασθε ΓΕΩΡΓΙΟΝ, ὃς δὲ φύσϕ μὲν
Ἀλλ' εὐχαῖς Βρεττανῶν κὴ ἤθεϊ ὄντα Βρεταννόν.
ΟΥΤΟΣ πατρώας ἀρχὰς, μεγάλας τε σκιπτίων
Ἀγλιακῷ σκήπτρῳ χώρας, φοβερὸς διὰ πάσης
Εὐρώπης ἔσε). εἰρωίλω ἔθνεα πάντα
Σπυδαίως ἀσκεῖ· κὴ Γάλλοι, ἠδὲ Ἴβηρες
Ἥσυχοι, ἤρωϑ τέτε κρατϑ ἐθλὸν ἀγῶν),
Θυμόν τ' ἢ πολέμε ἢ εἰρωίης μεμαῶτα.
ΟΥΤΟΣ ἐπ' ἄγνωσον πέλαγϑ κὴ ἔχαλα γαίης
Πείρατα Βρεττανῶν νῆας κὴ ὄνομα πέμψϕ.
Ἐμποείας ναῦται ἀποφορτίσανλες, ἐναλλὰξ
Χρυσὸν ὅμως κομιῶσι φίλιν ἐς πατρίδα γαῖαν.
Καὶ τότε πυθύσεως ἔτι Σολομῶντϑ ἀνελθεῖν,
Χρυσὸς ὅτ', ὡς φαῦλοι λαοὶ, μάλα εὔπορϑ ἦεν.
ΟΥΤΟΣ λατρείαν ἀγνὴν κὴ ἀληθέα πίστιν,
Οὐ μόνον Ἀγλιακῇ ἐνὶ γαίῃ, ἀλλ' ἀνὰ πᾶσαν
Εὐρώπην ἀμπνεῖ. ἤδη τέτα) διὰ μέσης
Γερμανίας· μεγάλην τε ἀεὶ αὔξησιν ἔχυσα
Ῥωμαίαν ταχέως ὀλέσϕ Εἰδωλολατρείαν.

Ταῦτ'

DEFLET & GRATULATUR.

Ταῦτ' ἄεχε σοι ἄρχοντι, ΓΕΩΡΓΙΕ, ὤειχεν αἶσα·
Αἴτη ἡ Βρετανῶν εὐπεραξία· μανθοσυνὴ ὄϛ
Τᾷὐτῃ Παντεχεάτωρ δοίη αὐτῷ Θεὸς ΕΣΤΩ.

Tho. Croſſe, A. M. Aul. Cath. Soc.

Ad REGEM.

UNA ſalus rerum, Britonum Quo Sceptra tenente,
Magno durat adhuc Anglia chara Jovi;
Nunc age, ſublimi, Princeps, Te accinge labori,
Nunc ſacrum juſto pondere cinge caput.
Nonne vides, Hominum Divûmque æterna Poteſtas,
Qui terræ, & ſævis imperat Unus aquis!
Vincula quæ nectit Superis, ea nectit Amore;
Muneribuſque Hominum libera corda domat.
Hâc Tu Lege dabis Populo, Rex, jura volenti;
Sic capies meritis Regna minora tuis.
Sceptra alii rapiant; ambit Te gloria ſupplex;
A Domino & titulis accumulatur Honos.
Nec novus advenies, noſtriſque indebitus Oris,
Qui genus Angliacis nobile ducis Avis;
Parte tui es Noſter; Britones ſua jura repoſcunt;
Sive petite, veni; ſeu repetite, redi.
Reſpice dejectam crudeli funere Gentem,
Ut lachrymas cunctis imperet ANNA Genis.
Princeps chara, vale; Populi ſanctiſſima Mater!
Virtutes quantas obruit Urna brevis!
Non facilè iſtius venient oblivia Vitæ!
Ecquis, ut hæc non ſint fata dolenda, dabit?
Hoc Tu, Magne, potes, noſtro Decus addite ſec'lo,
Oppoſita O tantis una medela malis!
Sume Pater ſedem; Princepſque aperire labantes
Imperii, firmas ultime claude fores.
Fons, idem exempli ſis terminus; hoc ſit in ævum,
Cernimus a SOPHIA quod ſupereſſe Genus.
Vos nati durate, & veſtrâ e ſtirpe creati,
O ſacræ æterno creſcite flore Roſæ!
Annoſus donec Mundus, labentibus annis,
Auxilium Humanæ reſpuat omne manûs.

Gulielmus Bateman, Jacobi Bateman Equitis Aurati
Filius natu Maximus. Coll. S. Pet. Socio-Commenſ.

NESCIO quanta Tropæa tulit de Virgine raptâ
Olim Sanctus Eques; victricia GEORGIUS Arma
Venditat in quovis vico, domitumque Draconem.
I, pete *Vinſoriam*, & totam mirare Figuram
Cappadocis Divi! quam ſeſe torvus in Aulâ
Terribilem oſtentat, captat viſumque Triumphans;
Et Veneranda refer, quæ pinxit *Varius*, Ora.
Quemque viatorem videas, quaſi Numinis inſtar
GEORGIUS, Hic eſſet, vultu propè cernere fixo,
Neve foras, manibus ſine tenſis, cedere poſſe.
Ah! vereor, ne dictus Eques, non Gloria Gentis,
Sed Fabella foret, miſcendus inania Vulgi
Inter ſpectra, Deoſque dehinc referendus aniles.
Quin verus jam Divus adeſt; rediviva Propago
Sanguinis Angliaci, Cui transfert Regia Sceptra
Stemma STUARTIADÛM, noſtræ Tutela ſuperne
Tradita Cui Patriæ, ſummus Cui Militis Ordo.
Cælitùs hic demiſſus Eques, quò Vincula ſolvat
Quæ ſubiit pia Virgo, Fides; quò dira venena
Romanæ contundat Hydræ; quò ſub pede mittat
Oris hiabundi nuper, Papalia Monſtra.
GEORGIUS Ipſe venit: Notum vehit Hoc Mare Nomen,
Hoc Thameſis repetit, non quod de Turribus audit
Vinſoriæ, ſed quod denſata per Agmina fertur
Auguſtæ, ſonitu tranſit per Rura, per Urbes
Solenni, & læto complet tria Regna Tumultu.
Nec *Camus Thameſi* cedat, quin porrigat Urnam
Laude piâ plenam, & grato cum murmure currat:
Dicere nec ceſſet, quam Par ſit GEORGIUS ANNÆ,
Qui Plauſus, quot Vota ſtrepunt per Mœnia *Grantæ*,
Et Patri Oceano nova Principis acta reportet.

Williams Gregory, C. C. C.
Socio-Commenſ.

TE, SOPHIA, extinctam triſtes flevere Britanni,
Magna tamen cœpere ſui ſolatia luctûs,
Reginâ vivente; ſed heu! nova funera Lethum
Edidit; attonitas infelix nuntius aures
Vulnerat; ANNA perît.—Cecinit quæ munera Pacis,

Jam

DEFLET & GRATULATUR.

Jam Muſa Authorem Pacis cecidiſſe dolebit.
Vix Deus infernus tot vitas perdere in unâ
Suſtinet, & tenebris Europæ condere lumen;
Bis conatus erat lethale infigere vulnus,
Bis trepidæ cecidere manus, telumque ſine ictu
Mortifero miſit; tum verò gaudia mentes
Pertentant Britonum, citò caſtiganda dolore.
Parceret, ANNA, Tibi, ſi ſciret parcere Lethum.
En fletus Europa, peremptâ vindice, fundit.
Reginam, ex imo ducens ſuſpiria corde,
Luget inexpletùm Brittannia; funera Matris
Icta piis deſideriis Eccleſia luget;
Ipſaque Defenſore Fides pereunte vacillat,
Interitumque ſuum timet. O Quis, Maxima Princeps,
Te dignè celebrare poteſt? Tua ſplendida facta
Muſa referre timet, ne quas decorare laborat,
Dedecoret laudes. Parta eſt Tibi gloria major,
ANNA, tuis meritis, quam cui decus addere poſſint
Pierides, luctus quas non effabilis angit,
Te raptâ, Præſes Muſarum ſacra, STUARTÛM
Grandes Relliquiæ, Britonum decus, & dolor ingens.
Muſæ, Heliconis aquas quid fletu augetis inani?
Num vos ſperatis reſcindere Numinis Orſa?
Illa adiit, luctûs & curæ neſcia, Regna;
Gaudiaque æterno manantia flumine carpit;
Nec periit ſpes tota; ſequetur paſſibus æquis
Reginam Princeps, famâ ſuper æthera notus;
Quem, ſi jure ſuo non poſſet ſumere Regnum,
Quis non optaret Solio ſuccedere poſſe?
I, pergas mutare fidem, mutatus & ipſe,
Princeps mentite; Angligenûm Rex uſque manebit
Idem, regnandi jampridem exercitus arte.
Illius auſpiciis, ſolitos Eccleſia ritus
Servabit, ſeu nos rabies Fanatica vexet
Incaſsùm, ſeu Papa minaci fulminet ore.
Hujus ad adventum Regis, Diſcordia tetra,
Jam bacchata diù, terras, Cœlumque levabit.

Edv. Kemeys, Coll. Regal. Alumn.

ERGO STUARTÛM Quæ fuit Optima,
Et ſola, noſtram fugerit Inſulam?
Teque, ANNA, poſtremam tuorum
Invida corripuere Fata?
Fruſtrà eſt ſubactis tot ſuper hoſtibus
Cepiſſe Laurus, tot ſimul irritæ
Cinxere Victrices Coronæ
Tempora, tam ſubito caducæ.
Fruſtrà tulerunt Nomen ad ultimas
Telluris Oras Prata *Ramelliæ*,
Victæque Gallorum Phalanges,
Atque Acies *Bavarûm* fugatæ;
Si militaris Gloria neſciat;
Si Fama latè Sydera permeans,
Si ſumma Virtus Mortis Alas
Siſtere non valeat volucres.
Quin, Muſa, tandem deſine pervicax
Culpare Magni conſilium Jovis:
En! Syderum Princeps, STUARTA
Inter Avos Proavoſque fulget.
Sed Frœna quis jam ceperit Imperî?
Quis ſurget Orbi debitus Arbiter?
Adſis, GEORGI, HANNOVERANÆ
Gentis honos, Britonumque Ductor.
Auræ faventes, ludite Carbaſis;
Componat Æquor marmoreum Thetis;
Diſcantque Brittannum vereri
Nereides Dominum Puellæ.
Videtis? an me ludit amabilis
Imago Pompæ? Jam ſubit oſtia
Secura Navis, perſonantque
Littora jam fremitu ſecundo.
Jam cedit atras Factio Viperas
Exuta, firmo nexaque vinculo
Cum Pace Libertas, Dieſque
Candidiore nitent Lapillo.
O Lætus adſis, Maxime Principum,
Diu Britannis; Te Duce, Tameſis
Aurata felices per Agros
Flumina, Divitiaſque volvet.

Jacobus Vertue, C. C. C. Alumnus.

HEU!

DEFLET & GRATULATUR.

HEU! quis erit lachrymis finis? modò funera mœſti
Flevimus Angligenæ, Charâ moriente SOPHIA,
Credidimúſque iram tandem exſaturaſſe Deorum;
Illane venturo tantùm præludere fato, &
Exequiis, Regina, tuis? ſperare dolores
Ergo dolore novos monet inclementia Cæli?
ANNA, ingens decus, & Genti communis utrique
Nuper amor; Genti par, & communis utrique
Nunc dolor, occubuit! Virtuſque, & Fama, Fideſque,
Et Pietas ipſi curſum affectavit Olympo.
Dum miſeros longis juvat indulgere querelis,
Neſcio quæ noſtris ſpecies apparet ocellis,
Ignoti nova forma, at lætæ Nuntia famæ.
Quiſquis es! O noſtrum felix ſolare laborem,
Exclamo, & Gentis præſens miſerere labantis.
Illa mihi: 'Jam parce queri, vanumque timorem
' Excute; veſtra Jovi dilecta Britannia, Reges
' Ab Jove demiſſos capiet; Stirpemque STUARTÛM
' Jam Cælo adſcitam, Divûm indulgentia Stirpe
' Ecce novâ ſupplet; ſolus qui vulnera vobis
' Inflixit, potuit ſanare: & ſanat Olympus.
' Deploras, ignare, vices, quas ordine rerum
' Diſpoſuit Natura, & certo tempore fixit.
' Non opus eſt tremulo Lunæ jam lumine, Phœbus
' Fortior obſcuri perrumpens nubila luctûs
' Fulget, & Angliacam refovebit Numine Terram.
' Læta dies aderit, Decus, & Fortuna Britannis
' Priſca iterum venient, & pleno Copia cornu.
' AUGUSTUS jam Veſter adeſt, felicia ſecum
' Tempora, Virtutémque feret, Famamque Britannis,
' Laſſatæque diu ſanabit vulnera Gentis.
Dixerat; ecce fides ſequitur certiſſima verba,
Conſervant laſſam Pax, & Concordia Terram.
GEORGIUS Imperium aggreditur læto omine, Cælum
Conſentit, plauſum & Præſentia Numina firmant.
Adſis, Magne Pater Patriæ, cognataque viſas
Littora; læta ſuum complexa Britannia Patrem,
Maternos agnoſcit Avos; ſic ora ferebat
Ille peregrinis primus devectus ab oris
JACOBUS, ſic Ille oculos; dilectus ELIZÆ
Alter, & Hic Hæres noſtræ acceptiſſimus ANNÆ.

Geo. Mackinen, Trin. Coll.

Ad REGEM.

SOL veluti exoriens nubes citò diſſipat atras,
Ac denſas tenebrarum acies fulgente repellens
Cuſpide, mox ſtellas præſtinguit luce minores,
Expoſcitque diem nigranti Nocte repulsâ:
Jamque novo reficit perluſtrans cuncta vigore,
Arboreos fœtus, atque agros reddit amænos,
Floreſcunt herbæ, floreſcunt grata vireta.
Haud ſecus, exanimi labefactos pectore ſenſus
Adveniens & corda beas, Dulciſſime Princeps,
Nec ſinis æternas miſeros ſperare tenebras.
Te veniente, dies novus advenit, & novus ardor
Omni ſepoſito, jam accendit corda, timore.
Quid memorem, de Te quantum fortuna putavit?
Quid Dî? quidve Homines? Tibi *Lunenburgia* ſervit,
*Brunſvicum*que Ducem jactat, Cui Nobilis Urbi
Competit Imperii libertas, ſacraque jura.
Anglia jam felix (namque ô quo carmine dicam
Talia quæ nobis ſeſe miracula pandunt,
Occæcantque animum? vel qualia ſec'la futura
Angliacæ Genti? tantum fideique ſpeique
In Te, Magne, ſitum eſt:) Te Cive ac Principe gaudet.
Te vel Patricius, Princeps, Plebeius & ordo
Valdè omnes unâ gaudentes voce petebant,
Te Regem Voto confirmavêre perenni.
Te Defenſorem Fidei, Magnumque Patronum
Sacræ Relligionis, inops Eccleſia quærit.
Te noſtræ Leges ubi primùm in Sceptra reponunt,
Auxilium à Sceptro poſcunt & jura viciſſim.
Legibus his regnes, neque Legibus eſſe ſolutos
Exemplum Reges doceas Tute Ipſe Britannos.
Jam valeat Phaëton, noſtris indignus habenis,
Angligenis ignarus opem præbere, ſuique
Neſcius ipſe ortûs; quod ſi neſciverit ortum,
Jam tandem occaſum verè ſe ſcire dolebit.
En! fractas vires Gallorum, abjectaque corda!
En! quàm ad fortunam Res Gallica deficit imam,
Cum Jubar Angliacum colluſtrat lumine Mundum!
(Immenſum Ille quidem colluſtrat lumine Mundum;
At quàm ſubjectos propiori Sydere adauget?)

Spem-

Spemque metumque omnem viciſti, ipſumque dolorem,
(Si modò tota olim juſto ordine ſceptra tuliſſet
Stirps Tua, nec tenebris velâſſent Fata SOPHIAM.)
Eheu! qualis erat Tibi clades illa? Britanno
Qualis erat populo clades? quin Tu opprime luctum
Forti animo ingentem; Regnique capeſſito Cauſam,
Defende innocuos, dextrâque laceſſe nocentes.
Nos, precor ô, longùm cumulatâ laude gubernes,
Et Nato Imperium ſerò committe regendum.
Tu ſemper fatis, Rex Magne, fruare ſecundis,
Marlburii auſpiciis, quæ tradidit ANNA ſecunda.
ANNA Uxor, Princeps, Patriæ ſimul Optima Mater,
Quæ voluit, geſſitve, Orbi prodeſſe ſtudebat:
Devicit Gallum bello, Pacemque popoſcit,
Pacatamque reliquit humum, Cælumque reviſit.

Franciſcus Hall, A. M. Coll. Regal. Soc.

GUTTATIM ſtillans Lachrymas, & paſſa Capillos,
Defunctam plorat viduata Britannia Matrem.
Cur, duri Superi! voluiſtis Marte vocatos,
Ah! cur Felices voluiſtis Pace Britannos?
Creditis, avulsâ Nobis crudeliter ANNA,
Nos Pace, aut Bello Felices poſſe vocari?
Sed fruſtra Divos Querimonia noſtra fatigat.
Occidit, hem! nullo planctu revocabilis, ANNA.
Ferte Roſas, Nymphæ! Manibus date Lilia plenis;
His ANNÆ accumulem Donis venerabile Buſtum.
ANNA ſed, heu! noſtri non unica cauſa Doloris.
Occidit, & Nobis pariter deflenda, SOPHIA;
Quæ jam (ſed prohibent nimis aſpera Fata!) fuiſſet
Et Decus, & Columen, nec non ANNA altera, nobis.
Attamen abreptâ ANNA, abreptâque SOPHIA,
Non omnis noſtræ periit ſpes certa ſalutis.
En! Patribus ſimul & Populo plaudente, Britannum
GEORGIUS aſcendit Solium: Quo ſoſpite, nobis,
Et Sociis noſtris promittimus omnia Fauſta.
Et nunc (tempus enim eſt) qui ficto Nomine gaudet,
Walliacus Princeps, quò ſe ſua parvula Virtus,
Quóque Pedes rapiant, ſi me ſatis audiat, ibit.
Illum, ſiquando ad noſtras pervenerit Oras,

(Credo equidem, nec vana Fides,) hæc Fata manebunt;
GEORGIUS, Angliaci Sceptri Juſtiſſimus Hæres,
Contra Illum ſtringet, nec ſtringet inutile, Ferrum;
Membra ejus ponet rabidis laceranda Moloſſis,
Demittetque Animam trepidantem Acherontis ad Undas.
Nec ſolus Magni ſentiſcet *Cæſaris* Iram,
Nomine qui ficto Regnum ſibi vendicet Anglum;
Omnibus AUGUSTUS, nullo diſcrimine, noſtris
Præbebit ſeſe formidandum Hoſtibus Hoſtem,
Invictuſque Armis Gentem tutabitur Anglam.

Johan. Lockwood, C. C. C. Alumn.

Carmen Æthiopicum *ſive* עטן : מנר ::

Ob defectum Typorum, Literis Hebraicis expreſſum.

מנת: נגבר: איח: נחור: בחר: חזן: אשטמן::
בקלם: אנבע: ובברע: חזן: צחפן::
שיל: ענק: כברן: תחגל: ברהן: חזבן::
אנגסרת: מכחרת: זכרת: שמכש: תקום: בכי: בלעלן::
אשם: כלן: סינחך: יחראי: בקדמן:
באלנרת: בחוך: אמשל: צחי: אנרת: חכנן: זמן::
מלא: מור: שבחחך: אמושן: ושן::
ויאז: שמירת: סנך: כרן::
אמיאז: שלם: נבל: לכבר: אמכברן: למלכן.:
וזוארת: ימלך: כל: נגס: נגסרת: אמלכן:
יעקב: וחיורת: בבזח: כרמרת: יאנח: לן::

Jo. Wake, A. B. Coll. Jeſ.

ΟΥΔΕΝ ἐναρμονίων χατέω Πίνδοιο ῥοάων,
Οὐ σιὼ, Φοῖβε, λύεαν εὔχομαι εἰς ἐλέγως.
Ἀλλ' ἴθι μοὶ σὺ γέλωΐα φέρεις Δημόκειτε, ϗ σὺ
Ἡραχλεῖτε, τεὼς ὦκα πάεραχε γόως·
Δαχρυόεν γελάοιτε, ϗ ἐν ϛήθεσι Βρεταννῶν
Πᾶς τις ἐπαλλήλως Θρηνοθείαμβον ἄγοι.
Εἰ γόος, ἢὲ γέλως μείζων, ἐτ' ἄθλον· ἔπειγε
Σὸν πλόον, ὦ Βασιλεῦ, Σοὶ γὼ ἔνεϛι χείσις.

A. Bryan, A. B. Coll. Trin.

QUÆ

DEFLET & GRATULATUR.

QUÆ longùm exuerat luctus, nulliſque tot annos
Preſſa malis, bello victrix, nec ſanguinis ultra
Prodiga, jam mites ſub Pacem miſerat hoſtes;
Ecce! iterum in fletus ſe mœſta Britannia ſolvit,
Et largo lachrymarum humectat flumine terram.
Scilicet ANNA Parens crudelibus occubat umbris,
Nec dulci afflictos ſolatur fronte, ſed, ante
Quos vetuit præſens, lachrymarum poſtulat imbres.
Sic paulùm, dum clauſtra vias oppôſta morantur,
Pax compeſcit aquas; at mox, compage ſolutâ,
Turbida majores devolvent æquora fluctus.
Occidit, & terræ, quæ jam poſſederat Orbem,
Quantula pars eſt Ipſa? juvant quid Sydera famæ
Terminus, imperii Oceanus? jacet ecce ſepulchro,
Occidit, & tumulo marceſcit gloria mundi.
Quid? parvâ dixi demens includier Urna?
Ingentem non terra capit; Te lucida Cæli
Expectant convexa, vias en! lumine ſignant.
Hac Avus, hac Soror, hac Conjux, hac irrita Natus
Spes Britonum, SOPHIA heſternâ divulſaque morte,
Clara diu SOPHIA in Terris, nunc gloria Cælo,
Et Proavi Proavorum——
At Tibi debentur laudes, Pia Mater, ademptæ
Quo Tibi, quo regnis Dignus ſuccederet Hæres
Curâſti quæ cauta; Tuæ crudelia mortis
Sic damna inſtaurans, ſic triſtia fata rependens.
Reddas, Phœbe, diem; dulces quid protrahis horas
Cæſare venturo? *Cæſar* cur Ipſe moratur
Gaudia noſtra? adſis, lapſæ patriæque ruinas
Sarcito ingentes; revoces in pectora vires
Quas dolor exhauſit; magnos hìc pace Triumphos
Dediſcas; hìc ſpes præſenti lumine firmes,
O Pater, O Princeps; ſed Te nec Regia Sceptra
Nec Patriæ Te vota juvant, Quem cura remordet,
Quem raptâ pia cura premit de Matre dolentem,
Communi de Matre, Tuâ Britonumque, dolentem.
Hinc ergo, hinc lachrymas de charâ abſterſimus ANNA,
Ut nova ſcena ſuos luctus, ſua tempora flendi
Poſceret? O malè mors victrix! ſed feſſa, precamur,
Jam tandem deſiſte; Tibi, quæ funere acerbo
Atra dies SOPHIAM Patriæ, quæque abſtulit ANNAM,

Plus dedit Imperii, quam cum per tædia belli
Straviſti innumeros, Martis ſpectacula, Gallos:
Nec querimur SOPHIAM, nobis dolor unicus ANNA;
Vivit adhuc SOPHIA, & partu ſua gloria fulget.

Joh. Bonython, Coll. Regal. Alumn.

PRÆLUSIT telo Mors, cui non ſufficit una
Victima, ſit quamvis Regalis; rapta SOPHIA
Ad Cælos monſtravit iter, fulgenſque Sorori
Prætendit multa diſtinctam luce Coronam:
ANNA dedit comitem ſeſe, Auguſtæque Sorores
Aſcendere ſimul, melioraque Sceptra parârunt.
Proſequitur lachrymis orbata Britannia, plorans
Quamque habuit felix Reginam, Quamque habitura,
Si fatum voluiſſet, erat: Spem vana fovebat
Se poſſe eludi ſpecie, fallique figura,
Si modo Reginæ ſuccederet altera Princeps
Æqualis Virtute, & digna capeſſere Regna,
Nomine non eadem tantum. Sed, Magne, Duarum
Te manet en! explere vices: Quantus labor inſtat
Vincere Fœminei, O felix, miracula Regni!
Quin vinces—O Rex, quid non promittere de Te
Res Britonum ſibi poſſint? O Tu ſpeſque Saluſque,
Proroget, O Princeps, paulum ſua gaudia Muſa,
Nec Te funereis jungat maleſana querelis.
Mox, ubi Carminibus juſtis deflevimus ANNAM,
Supremoſque ſuæ Reginæ ſolvit honores
Muſa, renaſcetur, Te Principe, pulchrior Ordo
Rerum, prima Tui celebrabit & Ordia Regni,
Qui tetigiſſe Lyram nôrit, cantuſque ciere.

Franc. Barker, Coll. Div. Johan.
Alumnus,

DEFLET & GRATULATUR.

ERGONE jam ſomnus Reginam ferreus urget?
Ergone in æternam clauduntur lumina noctem?
Lumina rarò unquàm, dum vixit, nota ſopori,
(Uſque adeò Britonum fuit ANNA intenta ſaluti.)
Heu nunc nota nimis! Vos O plorate Britanni,
Humectate pio mœrentes flumine vultus,
Occidit (horreſco referens) En! Optima Princeps.
O Libitina ferox, binâ jam morte Triumphans!
Non potuit SOPHIA Illuſtris placare furorem,
O Dea ſæva, tuum? non unum abſcindere Ramum,
Heu! ſatis eſt, ipſum quin pergas ſternere Truncum?
Sed jacet, & vanas effundimus ore querelas;
ANNA jacet, miſeris nunquam revocanda querelis.
O Tu Melpomene, ſi quod lugubre ſub antro
Caſtalio lateat carmen fortaſsè repôſtum,
Nunc promas, mœſtâque comas innexa cupreſſo
Dic ANNAM periiſſe; ANNAM, Quæ Marte feroci
Contuderat Gallos, victrix iraſque furentes
Lenierat Regum, Pacemque reduxerat Orbi;
Quæ placidis ſtuduit populi ſedare tumultus
Viribus inſanos, laudem Regumque putavit
Parcere majorem, proprios quàm perdere cives.
Prima ſalus populi viventi cura, ſuique
Conſuluit Populi jamjam moritura ſaluti.
O triſtis rerum facies! En deflet iniquis
Ereptam Fatis dejecta Britannia Matrem.
Sic quandò patitur lampas Phœbea labores,
Sollicitas densâ obſcurat caligine terras.
At jam luceſcit, reſplendet lumine Phœbus
Ecce novus, terris nubes diſpellit & atras.
Parcite jam lachrymis, oculos ſiccate, Britanni;
Ecce novus Princeps, Quem læto agnoſcite vultu,
Ut Regno, ſic & Populi ſuccedat amori.

G. Armiger, Coll. Regal. Alumn.

Τῷ Αἰδεσιμωτάτῳ ἐν Χεισῷ Πατεὶ, ΘΩΜΑι,
Ἀρχιεπισκόπῳ τ̃ Καντυαείας, πᾶ τ̃ ὅλης
Ἀγλίας Πρωτεύοντι κ̀ Μητροπολίτῃ.

ΗΝΙΚΑ ἡμετέρη πλεῖσον χαίρυζα Θάλεια
Εἰρήνῃσι μόλις ἦσε, κ̀ ὀλβιοδαίμονας Ἄγλυς,
Αἰπία κοινὰ πέλᾳ, μ̃ χάρματα κοινὰ, γόοιο·
Καὶ Μάση, ἥτις τοπάρος περ ἐπήνεσεν ΑΝΝΗΣ,
Νδν μᾶ Περσεφόνης πενθεῖ σοναχῦσα, Θεριάμβυς.
Ἐκπάγλως τεθμέυζα δέ, Σοι, Κύδισε, Μέγισε
Ἀγλιαχῶν Ἐφόρων, ποτὶ δῶρα φέρᾳ ἁρηνώδη.
Ὦ πόποι, ἐξαπίνης ἐρεβεννὴ νὺξ ἐκάλυψεν
ΑΝΝΗΝ, Ἀγλιαχᾶ Σκήπτρυ μέγα κῦδος ἐῦσαν,
Καὶ ΣΟΦΙΗΝ, ἥτις μέγα κῦδ@ ἔμελλεν ἔσεᾶζ.
Ἡμέτερον πένθ@, φᾶ τ̃ μόρυ, εἰσορόωντες,
Ἦ κεν Λωΐσι@, κ̀ Λωϊσίυ ᾠωνοὶ,
Γάλλων τ̀ Ἀρχιερεῖς, μέγα κεν κεχαροίατο θυμῷ.
Ἀλλὰ Σὺ, Σεμνὲ Πάτερ, τόδε πῆμα Βρεταννίδος αἴης
Ἐν φρεσὶν οἰμώζων λιγέως, ἐπέεσσιν ἔοικας
Τοῖσιν ἀειγυνέτας θεσπφωνεῖν Οὐρανίωνας.
‘ Ἀθάνατοι συγεροὶ, τὰ Ὀλύμπια δώματ̀ ἔχοντες,
‘ Φαῦλον τί περάπειν Βρετανοὶ γ̀ ἐδύναντο καθ̀ ὕμμας,
‘ Ὅ, τι κεν ὐχ ἕτερον γ̀ ἐδυνήσατο θῦμα καθαίρειν,
‘ Πλεῶ ἀγαθῆς, πλεῶ ἐνδόξυ, πλεῶ ἀσπίλυ ΑΝΝΗΣ,
‘ Τῆς Ὑμῖν Νηὸς θεκαλλεῖς οἰκοδομύσης;
‘ Ὤμοι, τ̃ ΑΝΝΗΣ ἀγαθῆς κλεινῆς τε θανύσης,
‘ Δυσυχέων Βρεταναν πάντως ἀπὸ κλεί@ ὄλωλεν.
Ὡς φῆς δακρυχέων· αἶψης δ̀ Ἐκκλησία Μήτηρ
Σᾶ θεικοδομῇ, μετέειπ̀ οἰκτίρμονα μῦθον.
‘ Τέκνον ἐμὸν, (τέκνων τόσῳ μοι φίλτερον ἄλλων,
‘ Ὅσῳ κεν μεῖζον θ̀ ἕρκ@ κόσμημά τε Μίτρης
‘ Ἀγλιαχῆς τελέθεις,) ποῖον τὸν μῦθον ἔειπας;
‘ Τίπτ̀ ἀδινῶς κλαίεις; τί δέ Σε φρενὰς ἵκετ πένθ@
‘ Νωλεμέως; ἄγε νῦν, πυκνᾶ ἀποπαύεο κλαυθμᾶ.
‘ Οὔπω γᾶ Βρεταναν πάντως ἀπὸ κλεί@ ὄλωλε.
‘ Κᾆν ἀγαθὴ, κᾆν ἔνδοξ@, κᾆν ἄσπιλ@ ΑΝΝΗ,

‘ Ἀγλι-

ϛ Ἀγλιγενεῖς φεύλιπες᾽, ἐπεβήσατο μακρὸν Ὄλυμπον,
ϛ Ζηνὶ φίλη κρατερῷ τε καὶ ἄλλοις Ἀθανάτοισιν,
ϛ Ἀγλιακὸν μύθοισι Σκῆπτρον παρέδωκε φορῆναι
ϛ ΒΡΟΥΝΣΒΙΚΙΩι Ἥρωι· Ὁ δ᾽ ἐκτελέσει φειδαλέῃσι
ϛ Νηὸς Ἀθανάτοισι· Καὶ ἔστε᾽ Ἀγλιάδεσσιν
ϛ Ὀρφανικοῖσι Πατὴρ, ὡς Ἄ ΝΝΗ γείνατο Μήτηρ.

Andreas Rogers, C. C. C. Alumn.

Ad REGEM.

ANTE dedit multos nobis Germania Reges,
Magni olim ſtatuere novam cùm Saxones armis
Imperii ſedem, & Signis victricibus Angli.
Hi tamen aſſueti prædis & vivere rapto,
Arva aliena jugo tenuere, & non ſua Regna,
Tum fera gens, Superûm contemptrix, juris, & æqui
Impatiens, cui mens & pectora conſcia pravi.
Non ſic Tu, nobis Exoptatiſſime Princeps,
Non ſic noſtra tuæ tetigerunt littora puppes.
Vita ſaluſque tuis, votiſque ad ſceptra vocatus,
Affundis dubiis & ſpes & lumina rebus.
Te pia, Te felix, Te læta Britannia Regem,
Te ſervata Patrem Patriæ, Te libera dicit.
Ut ſacræ leges eſſent, ut jura valerent
Intemerata, Diis ut puro altaria thure
Spirarent, ſua cuique ut res & rura manerent,
Hæc Tibi erant cordi, Regna hæc Tibi cura videndi,
Hæc tibi remigium ventoſque & vela dederunt.
Scilicet ingenii, quàm non amet aſpera, quàm non
Ferre indigna ſinat miſeros, ſævire ſuperbos,
Tum documenta dabas, cùm ferro vindice gentes
Certares tegere, & populis juga demere, & orbe
Vinc'la laborante & turpes prohibere catenas.
Cùm docuit Princeps, poſt Te ſpes altera nobis,
Quid valeat ſaliens circum præcordia ſanguis
Nempe Tuus, quâ vi, quo turbine torqueat haſtam,
Et quantum ſeri poſſint ſperare nepotes.
Et Tua ſi pridem potuiſſent vota valere,
Si nobis animum cunctantibus addere virtus,

Non partus ſorderet honos, non, turpe! relictæ
Marcerent laurus, Capite & decuſſa Corona.
Jam (ſint vana precor falſæ præſagia muſæ)
Tempus erit forſan, cùm magno optaverit emptum
Gens heu! capta dolis aliorum, capta Suorum
Conſiliis paruiſſe Tuis. Sed plurima quamvis
Et belli decora, & laudes, ſpolia ampla, Triumphos
Pœniteat jactos, & non viciſſe potentes
Sit pudor; haud victi fugienti cedimus hoſti,
Nec locus abjectis humiles demittere mentes,
Aut animis cadere aut lapſis diffidere rebus.
Pallade ſoſpes adhuc ereptâ Troja manebit,
Nec trahet, ut quondam, Divâ cedente, ruinam.
Non quatiet muros fallaci machina mole,
Laxabit non clauſtra Sinon, non dirus Ulyſſes.
Auſpiciis Urbs tuta Tuis, Invicte GEORGI,
Non metuet Danaos aut dona aut arma ferentes.

R. Laughton, A. M. Aulæ Clarenſis Socius.

In Reginæ obitum Elegia.

SOLUS eram, ſacri recubans ad flumina Cami,
Urgebatque altus pectora mœſta dolor.
Non mihi jam grata perluſtrat lampade terras
A roſeo ſpargens Cynthius axe diem:
Non rident flores, non arboris umbra virentis,
Diſplicet & murmur lene fluentis aquæ:
Non, mihi deliciæ quondam, jam carmina curæ,
Sed jacet in molli gramine muta lyra.
Triſtia ſed querulis jacto ſuſpiria ventis,
Irroratque meas plurima gutta genas.
Sæpe ego tentavi de pectore promere voces,
Vix tandem at vires ſufficit ipſe dolor.
Deteſtor tum ſæva tuos Libitina Triumphos,
Et poſita Angliaco dira tropæa ſolo.
Non tibi ſat, dulcis picti quod ruris honores,
Quos tepido ridens vere recluſit ager,
Marceſcant, fiſſos urat cum Sirius agros,
Et duræ falci ſplendida præda cadant?

Quod

DEFLET & GRATULATUR.

Quod pecus umbroſo quæ tegmine protegit arbor,
Præbet & aërio pendula tecta gregi:
Horrida cum canis deſævit bruma pruinis,
Incaſsùm tonſas lugeat ægra comas?
Et pennata cohors, mulcens licet æthera cantu,
Occumbit telis imperioſa, tuis.
Et quæ per Sylvas errant genus omne ferarum:
Quodque pecus liquido in marmore findit iter.
Invida tam latos cum extendere ſæva per orbem
Imperii fines, fata dedere tui:
Anne etiam Humano tibi proluis ora cruore,
Et violas Summi Numinis effigiem?
Si tamen humani ſitis urget dira cruoris,
Ut cadat ante aras victima opima tuas:
En tibi purpureum Gallorum cladibus Iſtrum,
Blenhemiæ & multo ſanguine pingue ſolum.
At tua ſi tanti nec placent Numina Manes,
Sed poſcas ipſos fata ſubire Deos:
Sat Parcis Fatiſque datum, quòd chara *Gloverni*
Sunt immaturis oſſa cremata rogis:
Quodque tuos, o Magne, tulit quem Cimbria, Princeps,
Illuſtres cineres jam brevis urna capit.
Heu cœpit tum prima mori moriente Marito,
Dimidiumque Animæ perdidit ANNA ſuæ.
Sed nondum finis Britonum conceſſa dolori,
En dantur noſtris vulnera vulneribus.
Et Te, Diva, rapit duri vis aſpera fati,
O Spes, o populi lauſque decuſque tui!
Nec vinxiſſe juvet victrici tempora Lauro,
Quodque ſacrum frondens cinxit oliva caput.
Nec tua Te Pietas texit, nec vota tuorum
Audiit heu! nullâ Parca movenda prece.
O Pater, igniferum nutu Qui flectis Olympum,
Æterniſque hominum res regis imperiis:
Cur ita volvuntur cæcis ludibria fatis,
Suntque adeo inſtabili gaudia noſtra gradu?
Talia jactanti vox intercluſa dolore eſt,
Et gemitus medios impediere ſonos.
Dum tandem feſſos blandus ſopor occupat artus,
Inviſumque fugant lumina clauſa diem.
Ecce mihi in ſomnis ſupra caput aſtitit ANNA,
Fulgentes multo Sydere vincta comas.

Atque ut pacatum cum fœdere jungeret Orbem,
Blandum ſubridens, ſic Dea viſa loqui.
Nemo meum pergat lachrymis urgere Sepulchrum,
Non hæc ſunt lætis munera digna rogis.
Vixi, atque abſolvi, dederat quem Gloria, curſum,
Jamque pii pretium grande laboris adeſt.
Non Anglis moriar, mea ſed veſtigia ſervans
HANNOVIUS Britonas proteget uſque ſuos.
Ille a me cultam florere jubebit olivam,
Et fructus larga ſparget ubique manu.
Hæc ubi dicta dedit, ſuperas petit ardua ſedes,
Et liquidum ardenti Sydere ſignat iter:
Æternæ patuere fores, Divaque recepta,
Cælicolæ auratis perſonuere lyris.
Tunc me diſcuſſi ſomnuſque dolorque relinquunt,
Et feſſum recreant omina læta animum.
Extimuit mundi ſic Gens Mareotica funus,
Cum traheret longas nox tenebroſa moras:
At tandem exoriens lætos Aurora reviſit,
Splendidior ſolito, reſtituitque diem.

R^rus **Long**, A. M. Aul. Pemb. Soc.

F I N I S.

ERRATA Corrigenda.

In Schedâ notatâ H. *Pag.* 2. *Lin.* 7. lege Αὐτὰρ. In T. *pag.* 3. *lin.* 1. lege *Sobole eſt.*